

# LUCII II PAPÆ

## EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA

## I.

**Privilegium pro monasterio S. Columbani Bobiensis.**

(Anno 1144, Mart. 15.)

[UENEBLY, *Italia sacra*, IV, 977.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis OGLERIO abbati S. Columbani Bobiensis, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, Beati Columbani ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio sno beati Petri et nostra protectione suscimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quaecunque possessiones, quaecunque bona in presentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Curtem S. Martini cum ecclesia, et castro quod dicitur Petra Carana cum suis pertinentiis. Curtem S. Salvatoris cum ecclesia, et pertinentiis suis, curtem de Cruce cum ecclesia, et pertinentiis suis, curtem de Garda, cum ecclesiis, distriktio, et pertinentiis suis, curtem Carelli cum ecclesia, et pertinentiis suis, curtem de Gravilia cum ecclesia, et pertinentiis suis, curtem quæ vocatur Gomorga, cum ecclesia, distriktio, et pertinentiis suis. Plebem S. Albani in Candiubrio cum decimis, et pertinentiis suis, ecclesiam S. Mariae in Monte Lungo cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Sinphoriani in curte Neblani cum decimis, et pertinentiis suis, curtem S. Martini in valle purpuria cum decimis, et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Evasii in Quintiano cum decimis, et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Petri in Masi cum decimis, et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Georgii, quæ est sita Monte acuto, cum decimis, et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Thomæ in Romano cum decimis, et pertinentiis suis, ecclesiam de Ceresola cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Antonini de Braida cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Georgii de Montale cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Andreae in Travaro cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam S. Mariae in Spelunca cum pertinentiis suis, ecclesiam Novam

A cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Bartholomei in sarto eum pertinentiis suis, et medietate mercati, ecclesiam Sancti Desiderii cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Laurentii eum pertinentiis suis. Mercatum Sancti Columbani, et aliud mercatum de Oliva, censum decem solidorum Papiensem in curte Oremale, villam de Stabulo, villam de Cavatina nova, decimam de Bradello Antonino, villam de Busbagno, villam de Sale, mansum Gavone, possessionem Tedisii de Cicogni, villam de Riurni, et Brodium, et Pratum Donicatum in Monte Penicis, Monte de Merconico, villam de Cereto, villam de Cavanna cum Braidâ dominica, Sapetelli, et Roveretum, Montem de Cesina, villam de Roncore, villam de Faidelli, Pratum Longum, mansum Rugoli Cambalata, Runchum de Grillo fractum, Runchum de Pradalia, mansum Barbuti, mansum de Petra Columbia, mansum de Juncaritia, mansum de Silta, mansum de Buzavil, mansum de Costalda, mansum de Conflenti, mansum de Gordia, mansum boni senioris de Caulo, mansos de Violi, Casaria, mansum Lisignoli inter Bobium, et Treviam, mansum de Mocio, mansum de Goslino, mansum de Cisino, mansum de Hiblo, mansum Guizi, mansum Corezala, mansum de Albino, mansum de Cucco, mansum de Bivis, mansum Marconis de Caneto, mansum de Sancto Desiderio, mansum de Guerro, Decinam Giselberti de Gurra, mansum de Ponzipiede, mansum Rustici de Stavella, mansum Joannis Benedicti de Caulo. Decinam Lanfranchi de Ottone, mansum Savonarii, mansum Hugonis, et Alberti de Degathani, mansum vallis Lovariolæ, mansum de Pradelle de Sarto, mansum Semerzarii, mansum de Pradelle, mansum Borelli de Sarto, mansum Semerzarii, mansum de Solaro, mansum de Mallolli, mansum Cojorum, mansum Petrochi, et Joannis de Coniolo, sortem unam in Liobe, sortem unam in Runcho Joannis, sortem unam in Parratio, et censim de Cornulo. Braidam de Ponte, braidam juxta fossatum de Batalia, braidam in Campo Fasiani, braidam in Pegni, braidam in Marcelasco. Pratum quod dicitur Codugnar cum vincis sibi adjunctis. Vineam infra civitatem, et Molendina. Quæcumque etiam venerab. frater noster Simeon episcopus vester, vel antecessores ejus sive etiam Aluisa uxor marchionis Malespinæ cum filiis suis vobis, rationabiliter concesserunt similiter confirmamus. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus, aut sumptibus colitis, sive de nutrientis vestro-

rum animalium nullus omnino clericus, vel laicus, decimas a vobis exigere præsumat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia, vel violentia præponatur. Sed licet vobis communis consilio vel parti consilii sanioris secundum Dei timorem, et B. Benedicti Regulam absque ullius contradictione abbatem eligere. Si vero eadem sedes episcopalibus vacaverit vel Catholicum episcopum non habuerit, chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum a quoquaque malueritis episcopo vobis suscipere licet.

Decernimus ergo ut nulli omniuno hominum licet prefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva pontificis canonica justitia, et apostolicæ sedis auctoritate. Si quæ ergo in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam tenere venire tentaverit, secundo tertio commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniunctitate cognoscat, et a sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultiōi subjaceat. Cunetis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus, et hic fructum bona actionis percipiunt, et apud districtum judicem præmia aeternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.  
Ego Conradus Sabinensis episcopus subsc.  
Ego Albericus Hostiensis episcopus subsc.  
Ego Petrus Albanensis episcopus subsc.  
Ego Gregorius presb. card. tit. S. Callisti ss.  
Ego Gezo presb. card. tit. S. Susannæ ss.  
Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii, et Bacchii ss.  
Ego Otho diac. card. S. Georgii ad Vulum Avernum ss.

Ego Guido diac. card. SS. Cosmæ, et Damiani ss.  
Ego Petrus diac. card. S. Marie in Porticu ss.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris sacri palati, Idibus Martii indict. vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero D. Lucii II. papæ anno 1.

## II.

*Privilegium confirmationis bonorum omnium et iuriū sanctæ Ferrariensi Ecclesiæ quæ sub perpetuo jure sedis apostolicæ cum pertinentiis omnibus esse et fore declaratur.*

(Anno 1144, Mart. 15.)

[SAVIOLI, Annal. Bolon. I, II, 203.]

**Lucius** episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri **GYPHOXI** Ferrariensi Ecclesiæ episcopo,

A ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ad hoc in apostolicæ sedis cathedra, disponente Domino, constituti esse conspicimur, ut ecclesiarum omnium curam gerere, et ius suum cujusque tribuere, præsertim his quæ Beati Petri juris existunt, conservare integre debeamus. Ad exemplar itaque prædecessorum nostrorum felicis memoriae papæ Innocentij et Cœlestini Romanorum pontificum juxta tenorem privilegiorum, Ferrariensem episcopum a cardinalibus nostris eligendum et a Romanæ sedis antistite consecrandum decernimus, atque Ferrariensem Ecclesiam sub jure et dominio sedis apostolicæ decreto manere sancimus. Te igitur, clero et populo Ferrarensi in fidelitate beati Petri persistibus, ad instar prædecessorum nostrorum bonæ recordationis Vitaliani, Hadriani, Leonis, Benedicti, Joannis, Alexandri, Paschalisi, Innocentii, Cœlestini Romanorum pontificum, sanctæ Ferrariensis Ecclesiæ, tanquam apostolicæ sedis filiæ, fundos ejusdem matris et patriuniona confirmamus; ipsam videlicet massam Babyloniam, quæ vocatur Ferraria, cum duodecim fundis suis; cui alias undecim massas nostras minores cum omni obedientia atque servitute subjugamus; id est massam ripam Palatiolum cum duodecim fundis, similiter massam Quartisionam cum duodecim fundis, et totam et integrum massam Donorio cum duodecim fundis suis, et similiter massam popularem cum duodecim fundis, nec non massam Curulum, et massam Saletam cum viginti quatuor fundis suis, simili modo massam, quæ vocatur Formignana, cum omnibus fundis suis. His quidem prædictas massas cum omnibus ad easdem pertinentibus de domiuio et jure atque potestate hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ B. Petri, cuius est patrimonium perpetuo conservetur, et sit semper sub nostra electione atque consecratione: et quicunque episcopus electus ordinatus et consecratus fuerit, ille honoris hujus ac potestatis integritate fungatur. Comitatus autem Ferrariensis fines et termini sunt: ab Oriente ab una parte fluminis Padi altera nostra massa phiscalia et veteraria usque ad fossam Bossonis transeunt flumen Sancti usque Bucilletum, transiunt flumen Gabiana, per Ludriam, circumdant vilain magnam, et Madrariam pervenientes usque Malletum, et a Maleto pergunt juxta Argilem Anxianum per paludes et piscarias usque Vitricam, veniunt usque fossam Buranam, per fossam Buranam exiunt in Padum, descendunt ad Occidentem usque ad Ultimum formosam, quæ certa finis est inter Romaniam et Longobardiam: ab altera autem parte fluminis fines sunt similiter ab Oriente collis de Fine, quæ

**Omnis est inter nostrum comitatum Ferrarensim, et alterum nostrum comitatum Comaclensem, et extendunt se per paludes et piscarias usque ad fossatum silvæ, circumdant massam Corneti et Longanum, quæ de nostro comitatu Ferrarensi est; descendendo inde ad occidentem per paludes et piscarias usque ad flumen Tartari perguñt usque in flumen Padi. Sane habitatoribus ipsis majoris masse Ferrarie malas et pravas consuetudines removemus; nisi tamen, sicut soliti sunt, ad suffragium sancte Romanæ Ecclesie annualiter per illorum nuntium unaquæque libera persona capitilis Massarii de moneta Venetiarum denarios singulos dabit; censu vero et tributi atque telonei de ripa et flumine unam medietatem pro benedictione ad communem utilitatem et meliorationem seu restorationem, jam dictæ majoris masse concedimus, et alteram medietatem ad nostras manus reservamus; similiter telonei de mercato unam medietatem nobis conservamus, et alteram medietatem prædicto episcopo condonamus. Placitum quidem generale similiter in dominio et potestate sancte nostræ Romanæ Ecclesie tenemus, ut ante nostrum nuntium semel in anno faciendo justitiam ab omnibus per tres dies custodiatur: Collectam vero vel sodrum, aut pravam vel injustam functionem, aut dationem, seu consuetudinem nequaquam exigimus; sed omnia pro Dei timore, atque amore præfato nostræ sancte Ecclesie B. Georgii omnibus habitatoribus ipsius masse pepercimus, aliasque minores massas, et sicut supra scriptum est, cum omnibus suis servitutibus subjugamus. Præterea quascunque ecclesias et possessiones, quæcumque etiam bona in præsentiarum juste et canonice possides, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et per vos Ferrarensi Ecclesiae, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: plebem Sancti Georgii de ultra Padum, plebem Sancte Marie de Gabiana, plebem Sancte Marie de Vicoentia, plebem Sancti Martini de contra Padum, plebem S. Gregorii de Tomara, plebem S. Petri de Cupario, plebem S. Stephani de Formignana, plebem Sancti Apollinaris de Triscallio, plebem Sancti Martini de Rupina, plebem S. Marie de vico Bariono, plebem S. Marie de septem Policino, plebem S. Stephani de Caligo, plebem S. Donati de Pedurio, plebem S. Antonini de Ficarolio, plebem S. Georgii de Trecenta, plebem S. Marie de Cinisello, plebem S. Michaelis de Bragantio cum capellis et earum pertinentiis; ecclesiam S. Romani de Tartaro; salva in omnibus sedis apostolicæ auctoritate. Si qua sane ecclesiastica sacerularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, et aut Ferrarensim Ecclesiam his, quæ supra scripta sunt, diminuere, aut sanctæ sedis apostolicæ sua in eis jura, quæ superius significata sunt, auferre præsumperit, pœnæ compositionis nomine reddat eidem sanctæ sedi apostolicæ auri optimi libras centum; et**

A nisi quæ male præsumpta sunt, satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta ultiōni subjeceat. Cunctis autem eisdem ecclesie justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiāt, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesie episcopus.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tituli Callisti.

Ego Goizo presbyter cardinalis tituli Sanctæ Ca-

cilii.

Ego Thomas presbyter cardin. tit. Vestinæ.

Ego Ubaldus presbyt. card. tit. S. Praxedis.

Ego Guilibertus presb. card. tit. S. Marie.

Ego Nicolaus presbyt. cardin. tit. S. Cyriaci.

Ego Mansfredus presb. card. tit. S. Sabine.

Ego Gerardus Sabinensis episcopus.

Ego Theodewinus S. Rufinæ.

Ego Albertus Ostiensis episcopus.

Ego Stephanus Prenestinensis episcopus.

Ego Incarus Tusculanus episcopus.

Ego Petrus Albanensis episcopus.

C Ego Gregorius diacon. card. tit. Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Otto diacon. cardin. tit. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Guido diacon. card. tit. S. Marie in Dominica.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister.

Ego Petrus diacon. card. S. Marie in Portico.

Ego Gr. sancte Romanæ Ecclesie indigous diaconus.

Ego Joannes diacon. cardinal. tit. S. Hadriani.

Ego Gregorius diacon. card. S. Michaeli archangeli.

Ego Joannes diacon. cardin. S. Marie Novæ.

Ego Hugo Romanæ Ecclesie diaconus tituli S. La-

cice in Orpea.

Ego Astaldus diaconus cardinalis Sancti Eustachii.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, Idibus Martii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii papæ II anno 1.

### III.

*Privilegium pro monasterio S. Petri Perusini.*

(Anno 1144, Mart. 15.)

[MARGARINI, *Bullarium Casin.*, II, 106.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis BEARARDO abbati monasterii S. Petri quod secus Perusinam civitatem situm est, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris regularior promovendis, in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum, et animarum salutem perfidere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et potentium desideris congruum impetriri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus ele-

mente annulimus, atqne prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, præsertim monasterium in quo divino mancipati estis obsequio, apostolicae sedis privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessionē pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, vobis vestrisque successoribus firma et illibata permaneant, tam in ecclesiis quam in cellis curtibus, plebibus, monasteriis, fundis atque casalibus, in quibus utique hæc propriis nominibus duximus exprimenda: plebem scilicet S. Constantii, S. Rusini, S. Martini et S. Joannis; plebem S. Martyrii, ecclesiam S. Benedicti in Agellione cum suis pertinentiis, ecclesiam S. Justini cum curte sua, ecclesiam S. Andreæ et S. Angeli de Alliano enī suis pertinentiis; ecclesiam S. Mariæ in Ciccianno, et S. Clementis, curtem de Casale, curtem de Petroniano; quidquid vobis pertinet de curte et ecclesia S. Donati in civitella, necnon terram Ugonis nepotis Bernonis de Monte Nigro. Apostolicae quoque sedis tibi munimine confirmamus, ecclesias sanctorum Apollinariis, Blasii et Montani cum suis pertinentiis, salvo anno censu Pharhensis Ecclesiæ. Qui etiam confirmamus massas tres, in comitatu Perusino positas, unam quæ vocatur Pusulo, alteram Filoncio et aliam quæ nominatur Casalina, cum ecclesiis, casis, vineis, campis, hortis, montibus, cultis et incultis, et omnibus pertinentiis suis; monasterium S. Angeli in comitatu Assisinate, iu loco qui dicitur Limisano, cum cellis capellis, et omnibus sibi pertinentibus: ecclesiam S. Archangei sitam juxta lacum Perusinum, monasterium S. Salvatoris in Pothale, monasterium S. Petri in Plojano cum universis eorum pertinentiis; ecclesiam sancti Sylvestri in Morelle, ecclesiam S. Donati: jus quod habetis in Agello, ecclesiam S. Mariæ in Podio cum suis pertinentiis; ecclesiam S. Pauli in Monticello, ecclesiam S. Petri de Petroniano, cum curte sua. Sane chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, et clericorum ad idem monasterium pertinentium, a dioecesano accipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum quem malueritis adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quæ postulatio indulget. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratum pars consilii senioris, secundum Dei timorem, et B. Benedicti Regulam elegerint, a Romano pontifice consecrandum. Missas autem publicas in eodem monasterio per episcopum fieri, vel stationes, aut ordinationes alias celebrari, præter abbatis ac fratum voluntatem, omnimodo prohibemus, ne in servorum Dei recessibus, occasio popularibus præbeatur.

**A**ulla conventibus. Nec ulli episcopo facultas sit, præter Romani pontificis conniventiam, idem cœnobium, aut ejus cellas gravare, interdicere, excommunicare, seu exactiones novas imponere. Nec sæcularium procerum cuiquam licet fodrum vel aliud servitium ab eodem monasterio, aut ejus pertinentiis extorquere: salvo nimirum jure ac dominio sancte Romanæ Ecclesiæ. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu injuste datae, suis usibus vindicare, vel tenerari vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnino dis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate caret, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniurialte cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiunt, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inventant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius Catholicae ecclesiæ episcopus, ss.

Ego Gregorius cardinalis presbyter S. Calixti, ss.

Ego Goizo presbyter cardinalis tit. S. Cæciliae ss.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, Idibus Martii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificalis vero domini Lucii papa II anno 1.

#### IV.

##### Privilégium pro parthenone S. Trinitatis Paraclitensi.

(Año 1144. Mart. 15.)

[Abælardi Opp., ed. Cousin, p. 719. Paris, 1849, 4°.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectus in Christo filiis Iherosolimæ priorissæ, cæterisque sororibus in oratorio Sanctæ Trinitatis, divino famulatui mancipatis tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi cognoscitur convenire, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum imperfiri suffragium. Proinde dilectæ in Domino filiæ, vestris justis postulationibus assensum præbentes, monasterium Sanctæ Trinitatis, in quo divino vacatis servitio sub apostolicae sedis protectione suscipimus, et præsentis scripti pagina communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum juste et legitime possidetis, aut in futurum concessionē pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant.

Sane laborum vestrorum decimas quas propriis ex-colitis sumptibus, seu annualium absque contradi-  
ctione aliqua vobis concedimus possidendas. Nulli  
ergo hominum fas sit præfatum monasterium temere  
perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel abla-  
tas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus  
fatigare, sed hæc omnia integra conserventur, ve-  
stris usibus perpetuo profutura. Ad indicium autem  
perceptæ hujus a Romana Ecclesia libertatis, sex  
numimos quotannis Lateranensi palatio persolvetis.  
Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis  
persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens,  
contra eam temere venire tentaverit, secundo ter-  
tioque commonita, si non satisfactione congrua  
emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate  
careat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei  
et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena  
sit, atque in extremo examine districtæ ultiōni  
subjaceat. Conservantes autem, intervenientibus  
beatorum apostolorum Petri et Pauli meritis, gra-  
tiam Domini nostri Jesu Christi et aeternæ felicitatis  
præmia consequantur. Amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani, per manum Barrocii capellani  
et scriptoris, Id. Martii, ind. vii, Incarnationis Domini-  
nicae anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II  
papæ anno i.

#### V.

#### *Privilegium pro Ecclesia Cremonensi.*

(Anno 1144, Mart. 17.)

[UGHELLI *Italia sacra*, IV, 602.]

Lucius episcopus; servus servorum Dei, venera-  
bili fratri OBERTO Cremonensi episcopo, ejusque  
successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus  
effectus, sic legitima desiderantium non est diffe-  
renda petitio. Quocirca, dilecte in Christo frater  
Oberte episcope, tuis postulationibus clementius  
annuentes, ad perpetuam sanctæ Cremonensis Ec-  
clesiæ firmatatem, possessiones, et bona omnia quæ  
in præsentiarum Ecclesia eadem juste possidet, sive  
in futurum, Domino largiente, juste atque canonice  
acquisierit, apostolica auctoritate firmamus. Inter  
quæ omnia hæc prima visa sunt nobis exprimenda.  
Quidquid scilicet curata telonei, atque ripatici, et  
portatici de Cremonensi civitate ad publicam san-  
ctionem pertinuerit, tam de ipsius civitatis comi-  
tatu, quam de parte curtis Sexpilas, nec non ripas,  
et piscarias a Vulpariolo, usque in caput Adur,  
cum molendinis, et cum uniuscujusque navis so-  
lito censu, sicut continetur in præcepto, et in  
tuis notitiis, seu cum per solutionem omnium  
navium causa mercandi Cremonam adeuntium,  
tam Venetorum, quam ceterorum navium, et cum  
curata omnium negotiorum, quæ sunt in predicta  
ripa. Districcionem civitatis infra, et extra per quin-  
que milliariorum spatia. Altare quoque S. Hymerii,  
canonicam et dest..... quas canonici soliti sunt  
suscipere de manu episcopi per beneficium, equos,

A tractus, operas, districtus, legationes, ostes, itiner-  
a, forum, et cetera quæ in præfato præcepto con-  
tinentur, et de abbatu et monasterio Sancti Laure-  
ntii, sicut juste continetur in privilegiis tuis, et in  
præceptis imperatorum. Ecclesiæ insuper Sancti  
Salvatoris, et S. Martini de Morengo, et S. Andreae  
de Brugnano, et S. Mariæ de Rumano, et Ecclesiæ  
de Farinate, de Vialate et S. Stephani de Aufino, de  
Fontanella, de castro Sancini, de S. Bassiano,  
de S. Petro in Curte, de Sancto Joanne in castro  
veteri, de Sancto Michaeli in Burgo, de S. Siro, de  
Questro, de Alfano, de lacu Obscuro, de Scandola-  
ria, de Clavatone, de castro Vivariolo, de Via cava,  
de Sancta Maria, de Commessajo, de Dufno, de  
Corrigia viridi, de Pangoneta, de Ciconaria, de  
B Ecclesiæ S. Margaritæ, de Citanova, salvo statuto  
censu Monasterii S. Petri. In ecclesia S. Pauli de  
Citanova, jus episcopale, sicut per fratrem nostrum  
Indicum ex mandato prædecessoris nostri bonæ mem-  
oriae Cœlestini Papæ statutum est. Omnes etiam  
plebes cum capillis, et baptismales ecclesiæ, cum  
earum pertinentiis, quæ in præsenti quiete et ca-  
nonice possides. De omnibus ecclesiis, quæ sunt in  
tuo episcopatu obedientiam, et Synodalia, et cetera  
secundum debitam consuetudinem ecclesiarum Cre-  
monensis episcopi. Curtem etiam, quæ Barianum  
dicitur, et Maleum, Crottam, Montoladanum, Rival-  
tellam, Monterionem, Jovisaltam, Fornovum, Sen-  
cinum, Platenam, atque Socianicam, cum castris,  
et villis, eorumque pertinentiis. Castrum de Rivi-  
gingo cum omni sua integratitate, et partes in curti-  
bus, Gabiano, Vidalasco, Ternolasco, publica iuncta  
et extra, seu etiam in Azanello, Fontanella, et quæ-  
cunque prudentie tuæ studio prænominate Eccle-  
sie juste acquisita, vel acquirenda sunt, præsenti

Apostolice sanctionis nostræ pagina corroboramus.  
Investituræ quoque feudorum in tuo episcopatu, a  
presbyteris, archipresbyteris, seu abbatis tuis fa-  
ctas de bonis Ecclesiarum absque tuo, tuorumque  
prædecessorum consilio, vel consensu irritas esse  
Sancimus, et ne deinceps hujusmodi investitura  
siant omnimodo prohibemus. Concordiam vero  
illam, quam inter te, et majoris Ecclesiæ Cremo-  
nensis canonicos prædecessor noster bonæ memorie

D papa Calixtus fecit, et scripto suo firmavit, ratam  
manere censemus, ut videlicet nullus in majori  
Ecclesia constituantur canonicus, præter assensum,  
et voluntatem Episcopi, qui sicut ecclesiæ caput  
est, ita voluntas ejus, et ratio debet præcedere.  
Canonicus episcopo obedientiam in manu ejus promit-  
tant, et teneant. Ad mensam canonicorum quando  
cum canonicus comedenter, cum uno clero, et uno  
serviente, vel cum duobus clericis veniat, et tan-  
quam episcopus honoretur. De altario S. Himerii  
omnem oblationem recipiat, præter edenda, que ad  
pedem altaris offerunt, et ad visum canonicorum  
reserventur, et præter medietatem cere et incensi,  
que ibi offeruntur, que ad Ecclesiæ servitium re-  
serventur. Archidiaconum, cantorem, et alias per-

sonas episcopus consensu canonicorum constitutus. Ecclesiam S. Michaelis, et predia, et possessiones, quas episcopus per idoneos testes proprie ad episcopatum pertinere probaverit, quiete, pacificeque obtineat. Et quia canonici domum, in qua olim habitaverant ad ampliandam Ecclesiam concesserunt, domum in qua modo habitant, licet juris episcopi fuerit, pro concordia tamen et charitate, deinceps ad communis ritus usum, et cohabitationem retineant, et hospites quando voluerint in eam recipient, salva minirum in omnibus auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Si qua igitur in Tutarum ecclesiastica, sacerdotis persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam tenere venire tentaverit, secundo tertioe commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei, et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, et in extremo examine districtæ ultiæ subjaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius Catholicæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Theodinus S. Russiae episcopus.

Ego Stephanus Prenestrinus episc.

Ego Petrus Alensis episcopus.

Ego GG. presb. card. tit. S. Calixti.

Ego Gio. presb. card. tit. S. Ceciliae.

Ego Thomas presb. card. S. Vestinæ.

Ego Hubald. presb. card. S. Praxedis.

Ego Mansredus presb. card. S. Savinae.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Venum Avernum.

Ego Guido diac. card. SS. Cosmæ et Damiani.

Ego Joannes diac. card. S. Marie Novæ.

Datum Laterani per manus capituli et scriptoris xvi Kal. Aprilis, indict. vii, Incarn. Dom. 1144, pontificatus vero D. Lucii II papæ anno i.

## VI.

**Privilegium pro monasterio S. Joannis Parmensis, ordin. Casinien.**

(Anno 1144, Mart. 17.)

[MARGARINI, Bullar. Casin. II, 161.]

Locus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Gundoni abbatii monasterii Sancti Joannis quod in Parmensi urbe situm est, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Quoniam sine veræ cultu religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Dei gratum exhiberi servitium, expedit apostolicæ auctoritati, religiosas personas diligere, et loca in quibus divinis vacant officiis, sedis apostolica munimine confovere. Ideoque, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus

A postulationibus clementer audiimus, et praedecessorum nostrorum felicis memorie Paschalis et Innocentii Romanorum pontificum, vestigis inherentes, ecclesiam S. Joannis, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti pagina communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque bona impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu alii justis modis poterit, Deo proprio, adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: In codem episcopatu Parmensi ecclesiam S. Stephani, quæ est in Burgo, ecclesiam Sancti Michaelis de Arao, ecclesiam Sancti Stephani de Torano, ecclesiam Sancti Salvini cum curte, ecclesiam Sancti Laurentii de Ramusello. Castrum Ramuselli cum ecclesia, castrum Sancti Vitalis cum ecclesia et curte, ecclesiam de Gaiaco, ecclesiam Sancti Sylvestri de Inehela, ecclesiam Sancti Salvatoris de Sanguinco cum castro et curte; duas partes curtis Saccæ, et quod juste in ecclesia ejusdem loci habetis, ecclesiam Sanctæ Justinæ, ecclesiam Sancti Prospere, et Sancti Anastasii quæ sunt in eadem civitate: ecclesiam Sancti Jacobi quæ est in capite pontis, ecclesiam Sancti Petri de Burgo Sancti Domini, ecclesiam de Provinciano, ecclesiam de Casa Dei cum omnibus earum pertinentiis, ecclesiam Sancti Matthæi de Callio, ecclesiam Sancti Melani cum medietate burgi et quatuor dominibus, ecclesiam de Paterno cum castro et curte, ecclesiam Sancti Michaelis de Filino, et quod juste habetis in ecclesia Sancti Georgii de Pratis. In Regiensi vero episcopatu ecclesiam Sancti Michaelis; in Lunensi episcopatu ecclesiam Sanctæ Justinæ, ecclesiam de Cavallaria; in episcopatu Pistoriensi monasterium Sancti Bartholomæi, cum ecclesia Sanctæ Mariæ quæ est in burgo, et ecclesia Sanctæ Mariæ quæ est extra portam, ecclesiam Sancti Bartholomæi de Travallio, ecclesiam Sancti Dominii de Impolis cum curte et omnibus suis pertinentiis, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Capiciano, ecclesiam Sancti Michaelis de Valle Nebule, cum omnibus earum pertinentiis; decimas quoque a discretione Parmensium episcoporum monasterio vestro concessas, vobis nihilominus confirmamus. Sane de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis vestrorum animalium, a vobis decimas exigi prohibemus. Quæcumque vero libera persona ad vos venire et religionis habitum suspicere voluerit, licentiam ei concedimus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut quicunque se illic sepeliri decreverint, nisi forte excommunicati fuerint, eorum devotioni et extremæ voluntati nullus obsistat, salvo tamen jure matricis Ecclesiæ. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium

C pertinet, ecclesiam Sancti Matthæi de Callio, ecclesiam Sancti Melani cum medietate burgi et quatuor dominibus, ecclesiam de Paterno cum castro et curte, ecclesiam Sancti Michaelis de Filino, et quod juste habetis in ecclesia Sancti Georgii de Pratis. In Regiensi vero episcopatu ecclesiam Sancti Michaelis; in Lunensi episcopatu ecclesiam Sanctæ Justinæ, ecclesiam de Cavallaria; in episcopatu Pistoriensi monasterium Sancti Bartholomæi, cum ecclesia Sanctæ Mariæ quæ est in burgo, et ecclesia Sanctæ Mariæ quæ est extra portam, ecclesiam Sancti Bartholomæi de Travallio, ecclesiam Sancti Dominii de Impolis cum curte et omnibus suis pertinentiis, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Capiciano, ecclesiam Sancti Michaelis de Valle Nebule, cum omnibus earum pertinentiis; decimas quoque a discretione Parmensium episcoporum monasterio vestro concessas, vobis nihilominus confirmamus. Sane de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis vestrorum animalium, a vobis decimas exigi prohibemus. Quæcumque vero libera persona ad vos venire et religionis habitum suspicere voluerit, licentiam ei concedimus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut quicunque se illic sepeliri decreverint, nisi forte excommunicati fuerint, eorum devotioni et extremæ voluntati nullus obsistat, salvo tamen jure matricis Ecclesiæ. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium

temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura: salva dioecesani episcopi canonica justitia, et apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, xvi Kalendas Aprilis, interdictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domni Lucii II papæ anno 1.

## VII.

### *Privilegium pro ecclesia Olivolensi seu Castellana (Veneta).*

(Anno 1144, Mart. 21.)

[UCELLI *Italia sacra*, V, 1241.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri Jo. Olivolensis, seu Castellana Ecclesiæ episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Æquum et rationabile est ut sancta Romana Ecclesia, quæ Ecclesiarum omnium caput est et magistra a Domino constituta, tanquam pia mater curam et sollicitudinem habeat, et eas a pravorum hominum molestiis provida circumspectione custodiat. Proinde nos, qui licet indigni loco B. Petri apostolorum principis, disponente Domino, residemus, fratres nostros episcopos debita benignitate diligere, et ecclesiis sibi commissis sua debemus ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio jura servare. Hoc nimur charitatis intuitu venerabilis frater Jo. episcope, tuis rationalibus postulationibus clementer annuimus, et Olivolensem ecclesiam, cui Deo auctore præsides, apostolicæ sedis privilegio duximus munidam. Sanctorum quippe pontificum decretis constat esse statutum, ut nemo alterius terminos usurpet, nec alterius parochianos judicare, aut excommunicare præsumat, nt nullus primas, nullus metropolitanus, nullus unquam reliquorum episcoporum alterius audeat civitatem, aut ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, et alterius episcopi est parochie, super cuiquam dispositione, nisi vocatur ab eo, cuius juris esse no-

scitur, ut quidquam ibi disponat, vel ordinet, aut dijudicet. Eapropter per præsentis scripti paginam prohibemus, et prohibentes statuimus, ut in Olivolensi, quæ et Castellana dicuntur ecclesia, vel ea ejus dioecesi nullus patriarcha, nullus comprovincialis episcopus sine licentia tua, vel successorum tuorum, ecclesiarum, aut clericorum, vel sanctimonialium consecrations, seu benedictiones agere præsumat. Nec potestatem habeat inibi chrisma confidere, pueros christmate confirmare, nec excommunications, aut absolutiones facere. Illud etiam adjicimus, ut in eadem parochia sine voluntate vestra possim episcoporum convocationem fiat, nisi provincialis concilii Graden. quod et ipsum cum restrictione charitatis conscientia disponant, nec ibidem nisi pro graviore necessitate immoretur ultra terminos a canonibus constitutos. Præterea nullus eorum sine licentia vestra audeat ecclesiae vestre clericos, aut illic, aut alii ordinare, vel retinere, nec parochianos quos libet judicare, neque eos in vestra ecclesia clericos constituere, neque de publicis criminibus pœnitentias indicere; porro tam B. Marci ecclesia, quam cæteræ ecclesiæ, vel ecclesiarum clerici inter eamdem parochiam sub restrictione obedientia et dispositione consistant. Inobedientes vero iuxta sanctorum canonum sanctiones tua potestatis coerceantur arbitrio. Sane de monasteriis SS. Hilarii, Georgii, Nicolai, S. Crucis, S. Zachariae, S. Laurentii, S. Erasmi, S. Servuli, eamdem vobis obedientiam permanere sancimus, quam prædecessores vestri obtinuisse noscuntur. Porro abbates in vestra parochia constituti publicas missas in ecclesiis non suis minime celebrare præsumant. Sanctimus etiam, ut illi, qui in vestra parochia assidue commorantur, et quibus tam ipsis, quam eorum familiis spiritualia administratis, decimas vobis absque alicujus contradictione persolvant. Prohibemus autem, ut nullus episcopus, nullus abbas, eis tam sanis quam insirmis publice punitiati injungere vobis inconsultis, nisi forte urgente mortis articulo, audeat. Ad hæc adjicientes decernimus, ut quascunque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste ac legitime possidet, aut in futurum canonice, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus in perpetuum, et intemerata permaneant.

Si quis igitur in posterum huic nostræ constitutioni temere contraire tentaverit, secundo tertio commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat, et a sanctissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examen districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ sua jura servantibus sit pax D. N. Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episc., etc.  
 Ego Conradus Sabinensis episc., etc.  
 Ego Albericus Ostiensis episc., etc.  
 Ego Imarus Tusculanus episc., etc.  
 Ego SS. presb. card. tit. Calixti, etc.  
 Ego Gilibertus presb. card. tit. S. Marci.  
 Ego Rainierius presb. card. tit. S. Stephani in Cœlio monte.  
 Ego Mansfredus presb. card. tit. S. Sabinæ.  
 Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi.  
 Ego Guido diac. card. SS. Cosmæ, et Damiani.  
 Ego Gerardus diac. card. S. Mariæ in Dominica.  
 Ego Gregorius S. Romanæ Ecclesiæ indignus diac. scripsi.

Rodulphus diac. card. S. Luciæ in Septasolis.

Dat. Lat. per manum Baronis Capellani, et scriptoris XII. Kal. Aprilis, indict. VII, Incarnat. Dominicæ anno 1144, pontificatus vero D. Lucii II. PP. anno I.

### VIII.

#### Prilegium pro cœnobio Admontensi.

Anno 1144, Mart. 21.

[Pez, Thesaur. Anecd., III, iii, 663.]

**LUCIUS** episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio **GOTEFRIDO** abbatи monasterii quod **Admontis** dicitur in **Salzburgensi** parochia situm, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Cum omnibus Ecclesiis et ecclesiasticis personis ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio debitores existamus: illos tamen paternis affectibus nos convenit amplius consovere, qui postpositis rebus secularibus omnipotentis Dei servitio se arctius alligant. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris rationalibus postulationibus clementer annuimus, et præstatum **Admontense** monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub apostolicæ sedis tutela et protectione suscipimus et presentis scripti pagina communianus: quod utique a **Gebehardo Salzburgensi** archiepiscopo felicis memoriarum in sua diœcesi constat esse construclum, atque multis bonis ditatum.

Insuper etiam quascunque possessiones, quæcumque bona a præfato **Gebehardo** seu a successore suo **Tyemone** archiepiscopo, seu aliis Dei fidelibus in decimis vel donationibus aliorum agrorum collata sunt, vel in posterum offerri contigerit, in terris, in vaneis, vel quibuslibet aliis possessionibus, quæcumque etiam concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidellum, seu aliis justis modis idem cœnobium acquisierit, præsentis voluntatis scripti pagina confirmamus, in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: prædium, quod dedit episcopus **Gebehardus** in silva, que dicitur **Frizewalt** ex ultraque parte fluminis ab **Horgenerprukke** usque **Schratengaste** cum decimis et omnibus utilitatibus suis prædium, quod apud **Chaise** ab

A Ottone per concambium suscepistis. Decimas a **Gebehardo** episcopo canonice vobis concessas. Prædium, apud **Elsindorf** cum Ecclesia et suis pertinentiis. Apud **Halle** juxta monasterium quidquid ibi episcopi videlicet **Gebehardus**, **Timo** et **Chunradus** vobis concesserunt.

Nulli autem episcopo, nec abbatи ipsi, nec personæ alicui facultas sit bona ejusdem cœnobii in feudum sive beneficium sine consensu meliorum et discretorum fratrum aliquibus dare, nec modis aliis alienare. Prohibemus quoque ut nulli fratrum post factam professionem absque abbatis totiusque congregationis permissione liccat ex eodem claustro discedere, discedentem vero absque communi litterarum cautione nullus audeat retinere. Sane sepulturam ipsius loci liberam esse censemus, ut quicunque, se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati sint, extremæ eorum voluntati nullus obsistat, salva tamen justitia matricis Ecclesiæ. Laicos sive clericos sacerulares ad conversionem suscipere nullius episcopi vel præpositi contradicitionis inibeat.

Præterea hospitale domum a venerabili fratre nostro **Chunrado** apud **Friesach** constructam et **Admontensi** cœnobio cum decimis apud **Mothinizz** antiquis et novellis et cum cæteris omnibus sive patellis sive silvis aut agris sive mancipiis vel cum concainbio, sive rationabili donatione donataim vobis apostolico privilegio roboramus. Obeyente vero

C te, nunc ejusdem loci abbatе vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communii consensu, vel pars consilii senioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam præviderint eligendum. Nulli hominum omnino fas sit idem cœnobium perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva **Salzburgensis** archiepiscopi canonica reverentia, cui tamen omnino non licet eidem vexationem aliquam vel consuetudinem, quæ regularium quieti noceat irrogare.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaterit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione digna emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate caret, reamique se divino iudicio existere de perpetrata iniuriantia cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servitibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripti.

Ego Chunradus Sabinensis episcopus subscripti.

Ego Theodewinus S. Rusinæ episcopus subscripti.

Ego Ymerus Tusculanus episcopus subscripti.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. Calixti subscripti.

Ego Gwido presbyter cardinalis. tit. S. Chrysogoni subscripti.

Ego Rainerus presbyter cardinalis. tit. S. Stephani in Cœlio monte subscripti.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripti.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velenum Aureum subscripti.

Ego Gebhardus diaconus cardinalis. S. Mariæ in Dominica subscripti.

Ego Petrus diaconus S. Mariæ in Porticu subscripti.

Data Lateranis per manum Baronis capellani et scriptoris xii Kalend. April., indict. vii, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero domini Lucii papæ anno 1.

## IX.

*Privilegium pro parthenone Romaricensi*

Anno 1144. Mart. 22.

[Gall. Christ. XIII, Instrum., 499.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei dilectus in Christo filiabus Judith abbatissæ Romaricensis monasterii, ejusve sororibus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis . . . . .

M. . . . Licet ex injuncto nobis officio ecclesiæ omnium curam gerere debeamus, pro illis tamen ecclesiis, quæ ad jus beati Petri specialiter pertinent, nos convenit, sollicitiores existere, et earum quieti et utilitatí diligentí studio providere. Eapropter, dilectæ in Domino filiae, vestris rationabilibus postulationibus gratum præbentes assensum, Romaricense monasterium in quo divino mancipatæ estis obsequio, sub apostolice sedis tutela protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus. Statuimus enim ut idem coenobium, juxta venerabilia predecessorum nostrorum decreta, sub speciali semper apostolice sedis jure persistat. Quæcumque etiam idem monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet sive in futurum, concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu alii justis modis, auxiliante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque succentibus, et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: territorium quod habet Romaricense monasterium Adæci, et redditus de Madesmei quos quirpuit Guillelmus de Arches, villa de Guoherii, Candary punctum, Landricurt, Basonicurt, Guillonnillart, et terras de Madesmei, mansum in civitate Tullensi quem tenuit Hugo de Gundricurt, vineas quas habetis in Barro,

A terram quam habetis in territorio Tullensi. Ut autem in monialium recessibus populari conventui accessus non pateat, ab episcopo aliquo missas publicas inibi celebrari, aut rerum ejusdem loci dispositionem fieri prohibemus, nisi ab eo quem ad hoc ejusdem loci abbatissa vel sororum conventus inviterit: christiana vero, oleum sanctum, consecrationes altarium, basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a quoquaque Catholicæ malueritis suscipiat episcopo, qui nimirum gratiam et communionem sedis apostolice habeat; et si aliquando rogatus episcopus monasteriorum accesserit, non licet vel de ornamentis vel de vasis ac quibuslibet rebus quidquam sibi vel magnum vel exiguum usurpare, sed neque archiepiscopos, neque archidiaconos, neque ipsum diocesanum episcopum, neque personam quamlibet in eodem monasterio potentiam exercere permittimus. Prohibemus etiam ne infra unam leucam a monasterio liceat alicui invadere aliquem, vel ejus res. Oheunte vero te, nunc ejus loci abbatissa vel qualibet eorum que post te successerint, nulla illic aliqua subreptionis astutia, seu violentia proponatur, nisi Dei timore et beati Benedicti Regulam elegerint, electa vero ob percipienda benedictionis mysteria Romano pontifici præsentetur, quæ si forte a regulari tramite devierit, apostolice sedis correctionibus subjacebit. Episcopus autem sine Romani pontificis licentia adversus eam exercere aliquam animadversionem non præsumat. Ad indicium autem perceptas a Romana Ecclesia libertates infra quatuor annorum spatiū, cum Rustrolino pallio equum candidum nobis nostrisque successoribus persolvetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur utilitatí earum pro quarum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva apostolice sedis auctoritate. Si quis igitur in futurum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut marchio, comes, vicecomes, judex, seu aliqua ecclesiastica secularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonita, si non satisfactio congra emendaverit, potestatis honoris sui dignitate caret, illaque... judicio existat... et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu aliena sit, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat; cunctis autem de venerabili loco sua jura servantibus sit pax Domini J. C. quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum Judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Theodeurinus Sanctæ Rusinæ episcopus

Ego Alberius Ostiensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Otto diaconus cardinalis Sabellii ad Venum Aureum.

Ego Guido diaconus cardinalis SS. Cosmæ et Damiani.

Ego Gerardus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Damme.

Ego Thomas presbyter cardinalis S. Vessinæ.

Ego Iunius Tusculanus episcopus.

Ego Theobaldus presbyter cardinalis S. Praxedis.

Ego Numerius presbyter cardinalis S. Stephani in Cælio monte.

Ego Gilibertus presbyter cardinalis S. Marci.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, xi Kal. Aprilis, indict. vii, Incarnationis Dominicæ anno 1148, pontificatus vero domini Lucii papæ anno primo.

#### X.

*Ad Alberonem Trerirensem, Humbertum Vesontiensem, archiepiscopos, etc.*

(Anno 1144, Mart. 22.)

[*GRAVIER, Histoire de Saint-Dié, Notes, p. 348.*)

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus [ALBERONI] Trevirensi, Hu. [HUMBERTO] Bisuntinensi archiepiscopis; L. [STEPHANO] Metensi, Hen. Tullensi, A. Virdunensi, et G. Lingoniensi episcopis; et dilectis Aliis de Bellocampo, et de Belloprato abbatibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Prædecessor noster bonæ memoriae, papa Innocentius, Simonem ducem Lotharingiæ, pro damnis et injuriis quas Romaricensi Ecclesiæ inficerat, excommunicationis vinculo innodavit, et in ecclesia Sancti Deodati, ubi sepultus, divina prohibuit officia celebrari. Nunc autem, per honestas et discretas personas illius terras nobis significatum est quod eadem excommunicationis sententia sibi nequaquam annuntiata fuit, et in communione Ecclesiæ facta confessione et suscepta poenitentia, vitam finiens, a te, frater, Tullensis episcope, et quampluribus discretais et religiosis viris, tanquam christianus in prædicta Ecclesia tumulatus est. Dux vero Matthæus, filius ejus, in eadem nequitia patris succedens D eamdem Ecclesiam persecutus, et prædis, rapinis, novis exactionibus, tam in clericis quam in laicis, multis gravaminibus, bona et possessiones ejusdem Ecclesiæ diripit et vastat, quamvis in præsentia charissimi filii nostri Conradi illustris Romanorum regis, cum abbatissa et sanctimonialibus prædictæ Ecclesiæ pacem fecerit, et apud Romaricense monasterium scripto tuo firmaverit. Unde et prædecessore nostro bonæ memoriae papa Innocentio, est excommunicationis vinculo innodus, et terra sua a divinis interdicta officiis, præter baptismum puerorum et poenitentias morientium. Quia igitur eadem abbatissa, per multos labores ad sedem apostolicam veniens, suas et suarum sororum miseras

A lacrymabiliter nobis exposuit, ejusdem ecclesiæ desolationi et ipsius abbatissæ laboribus compatimur, paterno affectu, et in quibus secundum Deum possumus, ad pacem et tranquillitatem earum libenter operam damus. Quocirca, per præsentia vobis scripta mandamus ad eamdem Beati Deodati ecclesiam, secundo Nonas Junii conveniat; et si præfatus dux pacem et concordiam, quæ inter ipsum et Romarencensem ecclesiæ per manum charissimi filii nostri Conradi illustris Romanorum regis facta est et scripto suo firmata, se observaturum firmiter in manu vestra promiserit, et de damnis et injuriis eidem ecclesiæ post factam concordiam illatis satisfecerit, et ipsum ab excommunicationis sententia et terram suam ab interdicto absolvatis. De ceteris si pro certo constiterit quod patri suo Simoni excommunicatione annuntiata non fuerit, et ei viventi, Ecclesiæ communicaverit, vel si per idoneos testes cognoveritis quod in ultimis, accepit poenitentia et confessione facta, vitam finierit, et ipse ecclesiasticam habeat sepulturam, eteadem ecclesia et divinis propter hoc de cætero non cesseret officiis. Si vero præfatus dux Matthæus, factam concordiam observare et quæ postea præfatæ ecclesiæ abstulit redire noluerit, vel in anima etiam infringere præsumperit, tam ipse quain subadvocati ministeriales sui, per quos in bonis ejusdem ecclesiæ tyrannidem suam exercuerit, et terræ eorum supradicta excommunicationis et interdicti sententia teneantur. Si vero, tu frater A[liberoni] Trevirensis archiepiscope, interesse non potueris, vos cæteri fratres, causam ipsam, sicut supra scripta est, effectui mancipietis.

Datum Laterani, undecima Kalendas Aprilis.

#### XI.

*Ad Cervacum abbatem S. Germani Autissiodorensis. — De controversia cum Vizeliacensi abate.*

(Anno 1144, Mart. 22.)

[*MANSI, Concil., XXI, 613.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio abbati Sancti Germani Autissiod., salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectus filius noster Pontius Vizeliacensis abbas ad nostram præsentiam veniens, questus est quod in quodam nemore tibi et ipsi communi homines suos capi feceris, et servientibus comitis Nivernensis incarcerandos tradideris. Quos cum a te requisisset, et habere non posset, pro eorum liberatione fidejussores dedit, et textum Evangelii traxit: quod quia, contra religionem et fraternalę charitatem vinculum, factum suis cognoscitur: per præsentia tibi scripta mandamus, quatenus dilatione remota, et textum Evangeliorum tam inordinate susceptum ei restituas et fidejussores suos absolvas. Postmodum vero, si quam adversus ipsum te consilis habere justitiam, in præsentia venerabilis fratris nostri Godelridi Lingon. episcopi quod justitia dictaverit, obtineas. Ea quoque quæ Guiberto servienti

tuo ob malivolentiam ipsius, abstulisti, ei resti- A gesimo quarto, pontificatus vero domini Lucii se- tuas.

Datum Lateran., xi Kal. Aprilis.

### XII.

*Quasdam monasterii Massiliensis ecclesias tuendas suscipit, ac pactionem a Petro abbatte cum B. M. Ademaro, episcopo Rutenensi, factam confirmat.*

(Anno 1144, Mart. 29.)

[BALUZ. *Miscell.* ed. Luc., t. III, p. 70.]

**LUCIUS** episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio PETRO Massiliensi abbati ejusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum.

*Æquum et rationabile esse cognoscitur ut qui ad ecclesiæ regimèn assumpci sumus, eas et a prævorum hominum nequitia tueamur et ipsarum quieti atque utilitat auxiliante Domino salubriter provideare curemns. Quamobrem, dilecte in Domino sili Petre abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et Ecclesiæ quas canonice possidetis, videlicet ecclesiam Sancti Amantii, quæ in Ruthe- nensi suburbio sita esse dignoscitur, et ecclesiam Sancti Austremonii de Sales, cum capellis et omnibus ad ipsas ecclesias pertinentibus, sub apostolicæ sedis protectione suspicimus, atque tibi tuisque successoribus et per te Massiliensi monasterio præsentis privilegii pagina confirmamus. Præterea conventionem quæ inter te et venerabilem fratrem nostrum bonæ memorie Ademarum ejusdem urbis episcopum et canonicos utriusque partis voluntate atque convenientia rationabiliter facta est et scripto firmata, auctoritate apostolica roboramus et futuris temporibus ratam et inconclusam perpetuò manere decernimus. Sed nec alicui licet in præfatam ecclæiam Sancti Amantii interdicti sententiam pro- nulgare quandiu tu vel successores tui aut fratres tui a sede apostolica evocati de objectis sibi querelis jus- titiam facere ac recipere coram Romano pontifice fuerint parati. Statuimus ergo ut nulli omnino homi- num licet te vel successores tuos super iis infestare aut vobis exinde aliquam contrarietatem vel molestiam inferre. Si qua vero ecclesiastica sacerularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove com- monita, si non præsumptionem suam congrua satis- factione correxerit, potestatis honorisque sui peri- culum patiatur, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultiō. Conservantes autem hæc omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus et no- stram gratiam consequantur. Amen, amen.*

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris iv Kal. April., indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo quadra-

(1) Berengarius-Raimundi, comes Provinciæ seu Arelatensis, qui ducta in uxorem Beatrice filia et herede unica Bernardi comitis Mergoriensis (de Mauguio ou de Migneil), Melgoriensis etiam comes

A gesimo quarto, pontificatus vero domini Lucii se- cundi papæ primo.

### XIII.

*Ad Raimundum Magalonensem episcopum. — Raim- dal ut canonicam sententiam proferat in comitem Merguriensem et alios tanquam sacrilegos, nisi red- dant monasterio S. Theofredi ea quæ Bernardus olim Mergoriensis comes eidem monasterio per testa- mentum dimiserat.*

(Anno 1144, Mart. 29.)

[Dom BOUQUET, *Recueil*, XV, 411.]

**LUCIUS** episcopus, servus servorum Dei, venerabi- li fratri R[aimundo] Magalonensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

*Sacrilegium et contra legem est, si quis quot venerabilibus locis relinquitur prævæ voluntatis stu- diis suis tentaverit compendiis retinere. Ergo perbi- tus est clamor ad aures nostras, quod comes (1) Merguriensis et quidam alii parochiani tui ea quæ Bernardus, olim Merguriensis comes monasterio S. Theofredi (2), in testamento dimisit, ei per violen- tiā auferant. Quocirca per præsentia tibi scripta mandamus quatenus præfatum comitem et alios qui ipsum testamentum detinent studiose commoneas, ut quod præfato monasterio pro suæ animæ re- demptione dimisit, filiis nostris. B. (Beraldo) abbat et fratribus suis cum omnibus ablatis reddant, et in pace dimittant. Quod si infra quadraginta dies post tuam commonitionem adimplere contempserint, in ipsos tanquam sacrilegos canonicam sententiam proferas, et donec resipiscant, facias observari.*

Datum Laterani, iv. Kalend. Aprilis.

### XIV.

*Petro Bituricensi, Arnaldo Narbonensi, Raimundo Arelatensi, Pontio Aquensi, Guillelmo Ebredunensi archiepiscopis, mandal ut adempta monasterio Mas- siliensi bona reddenda curent.*

(Anno 1144, Mart. 30.)

[L'Antiquité de Marseille, I, 460.]

**LUCIUS** episcopus, servus servorum Dei, venerabi- libus fratribus P. Bituricensi, A. Narbonensi, R. Arelatensi, P. Aquensi, G. Ebredunensi archiepisco- pis et corum suffraganeis, salutem et apostolicam benedictionem.

*P. abbas Massiliensis gravem in præsentia nostra querelam depositus, quod parochiani vestri ecclæia- suæ bona violenter auferant, etc. Vos vero, qui pa- troni justitiæ constituti malefactoribus acriter pu- niendo obviare debetis; silentio præterire patimini, etc. Per præsentia vobis scripta mandamus quatenus eosdem malefactores præfato filio nostro ablatis ablate cum integritate restituere, et de calero ab ipsius infestatione cessare, et de tantis excessibus digne satisfacere districte commoneatis; quod si contemptores extiterint, de eis tanquam de sacrile- gis, et de terris ipsorum justitiæ faciat.*

Dat Laterani, iii Kal. Aprilis.

vocabatur.

(2) *Saint-Chaffre*, insigne ordinis sancti Benedicti monasterium, diocesis Podiensis, Calmiliū et Cal- miciacum etiam dictum.

## XV.

*Henrici patriarchæ Gradensis privilegia Ecclesiæque possessiones confirmat.*

(Anno 1144, Mart. 31.)

[*Ugnelli, Italia sacra, V, 1121.*]

*Lucius episcopus, servus servorum Dei, ven. fratris Henrico patriarchæ Graden. ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.*

Ex commisso nobis a Deo apostolatus officio fratribus nostris tam vicinis quam longe positis paterna nos convenit provisione consulere, et ecclesiæ in quibus Domino militare noscuntur, suam justitiam conservare, ut quemadmodum disponente Domino patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Ilujus rei gratia, ven. frater Henrice patriarcha, tuis postulationibus clementer annuimus, et Gradensem Ecclesiam, cui auctore Deo præesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti patrocinio communimus. Igitur prædecessorum nostrorum Pelagii, Alexandri, Urbani et Innocentii auctoritatem sequentes, illius præcipue constitutio- nis tenorem servantes, quam prædecessor noster Leo IX papa sancxit, et synodali iudicio, et privilegii pagina confirmavit, tibi tuisque successoribus canonice substituendis patriarchalem concedimus dignitatem, et magisterium Gradensis Ecclesiæ gerendum in his tantum finibus confirmamus, qui per supradictos prædecessores nostros eidem noscuntur Ecclesiæ constituti. Crucem quoque ante te ferendam esse concedimus, nisi cum Romæ fueris, aut in praesentia vel comitatu Romani pontificis: palleum etiam fraternitati tua plenitudinem videlicet pontificalis officii ex apostolica sedis liberalitate largimur, quo intra Ecclesiam tuam ad missarum solemnia celebranda uti memineris eis diebus, quibus prædecessores tuis usos fuisse non ambigimus, videlicet in Nativitate Domini, Epiphania, Ypopanton, tribus festivitatibus S. Mariae, Cœna Domini, Sabato sancto, Resurrectione Domini, Ascensione, Pentecoste, in natalicio S. Jo. Baptiste, et omnium apostolorum, in festivitatibus quoque S. Marci, S. Prothomartyris Stephani, S. Laurentii, S. Martini, in solemnitate omnium Sanctorum, et principalibus Ecclesiæ tuæ festis, nec non in Ecclesiarum, episcoporum, et ceteroruim clericorum consecrationibus, et anniversario consecrationis tuæ die. Statuimus etiam ut quæcumque bona, quæcumque possessiones Gradensis Ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum justis modis poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Redditus autem qui in Constantinopoli, sive in Ilistria, seu in Venetia ab episcopis, abbatis, ducibus, judicibus, et populo Venetiæ prædecessoribus tuis Dominico videlicet, et Joanni Gradonico, eorumque successoribus et Gradensi Ecclesiæ juste concessos sicut eorum scriptis continentur: ecclesiæ quoque a religiosis viris eidem Ecclesiæ Graden. oblatas per parochias ejusdem provinciæ con-

Astitutas cum omnibus quæ in eisdem ecclesiis tui juris esse noscuntur, tibi tuisque successoribus libere confirmamus. Quanto itaque, dilecte in Christo frater, majori prærogativa nosceris sublimatus, tanto propensius tibi noveris attendendum, ut in corrigendis subditis plus apud te possit ratio quam protestas; atque te boni dulcem, et mali pium sentiant correctorem; personas diligis, vitia perseguaris, ne si aliter agere forte volueris, transeat in crudelitatem correctio, et perdas quos emendare desideras; sieque vulnus debes abscondere, ut non possis ulcerare quod sanum est, ne si plus quam res exigit, ferrum impresseris, noceat cui prodesse festinas, et sic alterum conditatur ex altero, quatenus et boni habeant amando quod caveant, et mali metuendo B quod diligent.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones, seu redditus auferre, minuere, aut aliquibus vexationibus, seu infestationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum in omnibus apostolicae sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio communita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bona actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis iuveniant. Amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.  
Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.  
Ego Theoderinus S. Rusticæ episcopus ss.  
Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.  
Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.  
Ego Petrus Albanen. episcopus ss.  
Ego Guido presb. card. tit. S. Grisogoni ss.  
Ego Petrus presb. card. tit. Pastoris ss.  
Ego Thomas presb. card. tit. Vestinæ ss.  
Ego Hubaldus presb. card. tit. S. Praxedis ss.  
Ego Rainierius presb. card. tit. S. Stephanus in Cælio Monte ss.  
Ego Mansfredus presb. card. tit. S. Savinæ ss.  
Ego Geraldus diae. card. S. Mariae in Domnica ss.  
Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus ss.  
Ego Petrus diae. card. S. Mariae in Porticu ss.  
Ego Gr. indignus S. R. E. diaconus ss.  
Ego Joannes diae. card. S. Mariae Novæ ss.  
Ego Gregorius diae. card. SS. Seruji et Bacchi. ss.

Ego Otto diae. card. S Georgii ad Veluni Au-  
reum ss.

Ego Guido diae. card. SS. Cosmæ et Damiani ss.

Ego Hugo Rom. Ecclesiæ diaconus in S. Lucia in  
Horpea ss.

Ego Astaldus diae. card. S. Eustachii juxta tem-  
plum Agrippæ ss.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et  
scriptoris, II Kal. Aprilis, ind. vii, Incarnationis  
Dominicæ an. 1144, pontificatus vero D. Lucii papæ  
II an. I.

### XVI.

*Ecclesiæ Reginæ possessiones diæcessisque fines, pe-  
tente Alberone episcopo, confirmat.*

(Anno 1144, April. 2.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, II, 295.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili  
fratri ALBERONI Regino episcopo, ejusque successo-  
ribus canonice substituendis in perpetuum.

Ex commisso nobis a Deo apostolatus officio fra-  
tribus nostris tam vicinis, quam longe positis, pa-  
terna nos convenit provisione consulere, et ecclesiis, in quibus Domino militare noscitur, suam justitiam  
conservare, ut quemadmodum, disponente Deo, pa-  
tres vocamur in nomine, ita nibilominus com-  
probemur in opere. Eapropter, venerabile frater  
Alberone episcope, tuis petitionibus clementer an-  
nuimus, et Reginam Ecclesiam, cui Deo auctore  
præesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protec-  
tione suscipimus, et præsentis scripti privilegio  
communimus. Statuentes ut quascunque posses-  
siones, quæcumque bona, in præsentiarum juste et  
canonice possidet, aut in futurum rationabiliter in  
eis Deo proprio poterit adipisci, firma tibi, tuisque  
successoribus, et per vos eidem Ecclesiæ, et illibata  
permaneant, in quibus hæc propriis duximus ex-  
primenda vocabulis. . . . . Canonicam S. Prosperi,  
capellam S. Joannis de Civitate, capellam S. Jacobi,  
canonicam S. Germiniani, capellam S. Stephani, et  
cæteras capellas ejusdem civitatis, monasterium  
S. Thomæ, monasterium S. Raphaelis, plebem de  
Menotio, capellam Sancti Jacobi de insula de Bibio,  
cum aliis capellis ejusdem, plebem de Thoano, ca-  
pellam Hospitalis de ponte de Cavola, cum suis  
possessionibus, et aliis capellis ejusdem plebis, ple-  
bem S. Vitalis cum capellis suis, et omnibus ad  
eam jure pertinentibus, plebem de Campiola, ca-  
pellam S. Venantii de Busana, capellam de Valesne-  
ria, capellam de Sancto Vito, cum aliis capellis  
ejusdem plebis, plebem de Castro Ariano cum suis capellis,  
plebem S. Eleuchadii cum suis capellis, plebem de  
Albineto cum suis capellis, plebem de Pojanello  
cum suis capellis, plebem de Lecolo cum suis ca-  
pellis, plebem de Caviliano, capellam de Jano, ca-  
pellam de Rezola, capellam S. Prosperi de Gra-  
xiano cum aliis capellis ejusdem plebis, plebem de  
Bibiano, capellas de Bibianello, cum aliis capellis  
ejusdem plebis, plebem de Mutilena, capellas de

A Curviaco cum aliis capellis ejusdem plebis, plebem  
de Rivalta cum suis capellis, plebem de Foliano cum  
suis capellis, plebem de Arceto cum suis capellis,  
plebem de Banio cum suis capellis, plebem de Her-  
beria cum suis capellis, plebem de Prato cum capella  
S. Martini de Rio, et aliis suis capellis, plebem de  
Bagniolo cum suis capellis, plebem de Campo rotundo  
cum capella de Corrigia, et aliis capellis, plebem  
de curte nova, plebem de Nuvolaria cum suis capellis,  
ecclesiæ de Campagniola, plebem de Fabrica cum  
capella de Razolo et aliis suis capellis, plebem S. Ze-  
nonis cum suis capellis, plebem S. Mariae de Novis  
cum suis capellis, ecclesiæ de Gorgatela, plebem de  
S. Stephano cum capella Sancti Possidonii, et aliis  
suis capellis, plebem de Quarantula cum suis capellis,  
B plebem S. Martini in Spina cum suis capellis de Ga-  
vella, et de Manziana, plebem de Cutiano cum ca-  
pella de Mulla, et aliis suis capellis, ecclesiæ de  
Gonzaga, plebem de Villula cum suis capellis, ple-  
bem de Pigognaga cum suis capellis, plebem de  
Bondeno de Ronculis cum suis capellis, plebem de  
Bondeno Arduini cum suis capellis, plebem de  
Suzaria cum suis capellis, ecclesiæ de Loco bello,  
Ecclesiæ de Polesino, ecclesiæ de Zitola, plebem  
de Luzaria cum capella de Sacca, et aliis suis ca-  
pellis, plebem de Guardistalla cum suis capellis,  
monasterium de Marola, monasterium de Canusio.  
Præsentis quoque auctoritate decreti sancimus, ut  
universi Regin. episcopatus fines quiete deinceps  
omnino et integre, tam tibi quam tuis successori-  
bus conserventur: prædecessoris quoque nostri  
bo. mem. Urbani papæ vestigiis inlærentes sanc-  
imus, ut in parochialibus ecclesiis, quas tenent mo-  
nachi in suo episcopatu, vestro assensu presbyteros  
collocent; qui si idonei fuerint, a vobis animarum  
curam suscipiant, et de pleb. quidem cura vobis  
rationem reddit, monachis vero, pro rebus tem-  
poralibus debitam subjectionem exhibeant, salva in  
omnibus apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur  
in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona hanc  
nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam  
tenere venire tentaverit, secundo tertiove com-  
monita, si non satisfactione congrua emendaverit,  
potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque  
C se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate  
cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei  
et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena  
fiat, atque in extremo examine districtæ ultiæ  
subjaceat; cunctis autem eidem Ecclesiæ jura ser-  
vantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus  
et hic fructum honestæ actionis percipiatur, et  
apud districtum Judicem præmia æternæ pacis in-  
veniant. Amen. amen, amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episc. subsc.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Gregorius cardinalis SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Gregorius presb. card. S. Sixti ss.

Ego Guido presb. card. S. Grisogoni ss.

Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.

Ego Petrus Albanus episcopus ss.  
 Ego Thomas presb. card. tit. Vestinæ ss  
 Ego Ubaldus tit. S. Praxedis subs.  
 Ego Mansfredus presb. card. tit. S. Savinæ ss.  
 Ego Nicolaus presb. card. tit. S. Cyriaci ss.  
 Ego Guido diaconus cardin. SS. Cosmæ et Damiani ss.

Ego Rodulphus diac. card. S. Luciæ in Setasolis ss.

Ego Joannes diac. card. S. Adriani ss.

Ego Gr. S. Romanæ Ecclesie diaconus ss.

Ego Hugo Romanæ Ecclesie diaconus in Sancta Lucia in Horla ss.

Datum Laterani per manus Bobonis capellani et scriptoris iv Nonas Aprilis, indict. vii, Incarnat. Domini an. 1144, pontif. vero D. Lucii II pape an. i.

### XVII.

*Privilégium pro monasterio S. Trutberi.*

(Anno 1144, April. 3.)

[HERRGOTT, *Geneal. Habsb.*, II, 169.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis EVERARDO abbati monasterii Sancti Trudperii martyris quod est sítum in Nigra Silva, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provisore omnium honorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus famulus impenditur, nisi ex charitatis radice precedens a puritate religionis fuerit conservatus. Eapropter, dilecti in Domino filii, venerabilis fratrī nostri Theodewini Sanctæ Rufiæ episcopi, precibus inclinati, vestris justis postulationibus clementer annuimus, præfatum monasterium in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum largitione regum vel principum, oblatione fidelium seni aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci. D firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus expri- menda vocabulis: videlicet quidquid Othpertus, Rampertus, Lulfredus et eorum successores, vobis et eidem monasterio contulerunt, scilicet valle ipsam, ubi monasterium constructum est, cum terminis suis, videlicet a monte Samba usque Mezenbach, cum montibus, collibus, pratis, pascuis, silvis, vallibus, cultis et incultis, ex ultraque parte montium, in integrum atque per totum cum decimationibus in Mortunowa, Kippenhein, ecclesiam cum decimatione, ecclesiam in Santhoven cum decimatione, prædia Bonbach cum ecclesia, Bergbusen cum ecclesia. Krossingen cum ecclesia et decimatione,

A Tonsol cum ecclesia et decimatione, Gruonne cum ecclesia, Loiffen cum ecclesia, Wilare, Eberingen, Zesinkoven, Buchingen, Muriclmigen cum ecclesia; Ichthein, Smihein, Wittilunbach, curam animarum colonum habitantium a monte Brizzenberg usque Mezzinbach, quemadmodum concessionepiscoporum Constantiensium canonice eam hactenus habuistis. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullius ibi qualibet subreptionis astuta vel violentia præponatur, sed liceat vobis communi consilio, vel parti consiliū sanioris, secundum Del timorem, et beati Benedicti Regulam absque ullius contradictione abbatem eligere vallem quoque Bellinowa cum decimatione cum supradictis, similiter confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ab abbatē vel fratribus censum vel servitium indebitum exigere, sive idem cœnobium temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva dioecesani episcopi canonica justitia et apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam tenere venire tentaverit, secundo tertio commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtus ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bona actionis percipiāt et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, iii Nonas Aprilis, indict. vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II pape anno primo.

### XVIII.

*Privilégium pro monasterio S. Zenonis (Reichenhalensi).*

(Anno 1144, April. 5.)

[Monumenta Boica, III, 530.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis LAUZONI Hallensi præposito ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impetriri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfamat ecclesiam Hallensem, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus; et

præsentis scripti privilegio communimus : stantentes ut in eadem ecclesia prout venerabilis frater noster Chunradus Salzburgensis archiepiscopus ordinavit, et scripto suo firmavit, ordo canonicus secundum beati Augustini Regulam perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quaecunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum justæ et canonice possidet aut in futurum concessione pontificis, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu alii justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, sîrma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis : capellam Sanctæ Mariæ Muna ; capellam S. Georgii, capellam S. Martini None ; capellam S. Valentini Morzols ; capellam in castro Plajen ; capellam in castro Halla , aquam in fonte Halla , quam dedit Ebo ; aquam quam dedit Sigboto, Unchen et Oteheim et Unehine. Præmium quod dedit Heinricus, et Papo Nuzboum ; quartam partem decimalis salis. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de outrimentis vestroruim animalium, nullus omnino clericus sive laicus a vobis decimam exigere præsumat. Interdicimus etiam, ut nemini professionis vestræ facultas sit alicuius levitatis instinctu, vel arctioris religionis obtentu sine præpositi vel Congregationis licentia , de claustru discedere, quod, si dicesserit, nullus episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum sine communium litterarum cautione illum suscipiat, quandiu videlicet in ecclesia vestra canonici ordinis tenor Domino præstante viguerit. Si vero secundo vel tertio vocatus redire contemperit, liceat ejusdem loci præposito canonicam in eum proferre sententiam. Obeyente vero te nunc ejusdem loci præposito, vel ad alterius Ecclesiæ regimen transeunte. sive quolibet tuorum successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia substituatur, vel præponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris secundum Dei timorem et B. Augustini regulam canonice providerint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint, extremæ voluntati et devotioni nullus obsistat, nisi fuerint excommunicati, salva tamen justitia matricis Ecclesiæ suæ. Decernimus ergo ut nulli omnino boninum liceat præfata Ecclesiam temere perturbare, aut ejus bona vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet indebitis exactionibus vel molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura , salva minimis Salzburgensis archiepiscopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit, potestatis ho-

A norisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat, Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bonaæ actionis percipient, et apud discrimen judicem præmia æternæ retributionis inventiant.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, Non. Aprilis, indictione vii, incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno primo.

### XIX.

**B** Ad Pontium abbatem Vizeliacensem. — Adversus interfectores Artaldi abbatis.

(Anno 1144, April. 8.)

[MANSI, Concil. XXI, 614.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PONTIO abbatii Vizeliaci ejusque fratribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Prædecessor noster felicis recordationis Paschalis, sicut ex scriptis illius intelleximus, episcopis per Galliam præcipiendo mandavit, ut interfectores abbatis Artaldi Vizeliac., quia dominum suum et presbyterum et abbatem tam nequiter occiderunt, secundum poenitentiac dignum modum in exsiliu detruiderent, et si obedire nollet, eos excommunicationi subjicerent. Prohibuit etiam ut nunquam Vizeliaciensi abbatii vel præposito aliqui facultas sit eosdem homicidas in eodem monasterio ad habitandum suscipere. Nos itaque præceptum confirmantes ipsius super hoc, apostolica auctoritate prohibemus ut nec ipsi nec eorum herædes (nominaliter Stephanus Antissiodorensis clericus, qui cum te, dilecte in Domino fili abbas, in presentia venerabilium fratrum nostrorum Godefridi Lingouensis episcopi et Bernardi Clarævallis abbatis super hoc in causam traxisset, eorum judicio, sicut accepimus, a causa decedit) monasterium ipsum ulterius inquietare præsumant, interdicimus. Et ne cai abbatii vel præposito eos in Vizeliaciensi burgo de cætero ad habitandum suscipere liceat prohibemus.

Datum Later. vi Idus April.

### XX.

**Bulla pro monasterio Pontieriensi.**

(Anno 1144, April. 15.)

[GALL. CHRIST. VIII, INSTRUM., 424.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis FULCHERIO abbatii monasterii S. Mariæ Ponteliensis, ejusque fratribus, tamen præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuam memoriam.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum imperitri suffragium. Eapropter, dilecti

in Domino filii, venerabilis frat. is nostri Gaufridi Carnotensis episcopi precibus inclinati, vestris justis postulationibus clementer annuinus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quasunque possessiones, quæque bona impræsentiarum juste et canonice possidetis, aut in futuram concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu alii justis modis Deo propitio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimentia vocabulis : In Carnotensi episcopatu locum ipsius Pontilevii cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Petri Pontileviensis. Apud Calvum montem ecclesias Sancti Nicolai et Sancti Martini, ecclesiam de Tauriaco, ecclesiam de Cembineio, ecclesiam de Oscampo, ecclesiam de Casteneto, ecclesiam de sella Sancti Mundricii, ecclesiam de Fulgeriis, ecclesiam de Fenis, ecclesiam Sancti Gervasii trans Ligerim, ecclesiam de Vinolio, ecclesiam Sancti D. o. lati, ecclesiam de Monte-Levaldi, ecclesiam de Muisdia, ecclesiam de Bracoliz, ecclesiam de Torino. Blesis ecclesiam Sancti Joannis, ecclesiam S. Gervasii, ecclesiam de Vilarb, ecclesiam de Sancto Bethario, ecclesiam Sancti Joannis de Floriaco, ecclesiam Octinville, ecclesiam Columbae, ecclesiam de Orioro, ecclesiam de Leo. Apud castrum Firmatatem Villenolfi, ecclesiam Sancti Petri et ecclesiam Sancti Martini, ecclesiam Sancti Marcelli de Ceretto. Apud Castridunum ecclesiam Sancti Valeriani. Apud Basocham ecclesiam Sancti Joannis. In Redonensi pago ecclesiam Sancti Petri et Sancti Joannis de Igneio, ecclesiam Sancti Leonardi de Fulgeriis, ecclesiam S. Martini de Cussa, cellam Sancti Martini de Lustris, ecclesiam de Peregrina. In Anglia ecclesiam Sanctæ Mariæ de Luministro, capellam de Roxitunga, capellam de Palingis, capellam de Warmacan, ecclesiam de Pingis, ecclesiam de Sordis. In Aurelianensi pago ecclesiam de Pruneris, ecclesiam de Gil, ecclesiam de Soemo, ecclesiam de Maes, ecclesiam de Chalziaco, ecclesiam de Thaisiis, ecclesiam de Lorgis, ecclesiam de Sa.cto Romano, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Fontanis. In Turonensi archiepiscopatu ecclesiam Sancti Dionysii in atrio, Sancti Martini, ecclesiam Sancti Cyrici trans Ligerim, ecclesiam Sancti Thomæ, ecclesiam de Poilly, ecclesiam de Nantolio, ecclesiam Sancti Georgii, ecclesiam Sancti Martini de Pressiniaco, ecclesiam de Vernolio. In Biturico episcopatu ecclesiam Sanctæ Mariæ de Valentiaco, ecclesiam Sancti Hilarii de Castello veteri, ecclesiam Sancti Martini de Sigiaco. In Sagiensi pago ecclesiam Sancti Hilarii, ecclesiam Sancti Petri de Basochis. Liceat etiam vobis in ecclesiis vestris presbiteros eligere, qui si idonei fuerint, ab episcopis gratis et absque ulla pravitate curam animarum suscipiant, eisque de plebis cura rationem reddant, vobis autem

A pro rebus temporalibus debitam subjectionem exhibeant.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diocesani episcopi canonica justitia et apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona banc nostræ constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertioe commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cum tis autem eidem loco jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia aeternæ pacis invenient. Amen.

Ego Lucius catholicæ ecclesiæ episcopus.

Ego GG. presbyter cardinalis tituli Calixti.

Ego Birido presbyter cardinalis de titulo Sancti Crysogoni.

Ego Rainerius presbyter cardinalis tituli S. Priscae.

Ego Petrus presbyter cardinalis de tit. Pastoris.

Ego Ilubaldus presbyter cardinalis tituli S. Praxedis.

Ego Mansridus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Sabine.

Ego Guido cardinalis presbyter Sancti Laurentii in Damaso.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Gregorius cardinalis diaconus sanctorum Serpii et Bacchi.

Ego Imarus Tusculanus episcopus.

Ego Petrus cardinalis diaconus Sanctæ Mariæ in Porticu.

Ego Petrus Albanensis episcopus.

Ego Joannes diaconus cardinalis S. Adriani.

Ego GG. diaconus cardinalis Sancti Angeli.

Ego Artaldus diaconus cardinalis Sancti Eustachii juxta templum Agrrippæ.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris xvii Kalendas Maii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II anno primo.

## XXI

*Privilegium pro ecclesia SS. Petri et Ursi Augustensi (provincie Tarentasiensi.)*

(Anno 1144, April. 15.)

[*Hist. patriæ Monum., Chart., I, 785.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis ARNALDO priori et fratribus in Augusteu-

**ecclesia Sanctorum Petri et Ursi canonicam vitam A professis, tam præsentibus quam futuris, in perpetuum.**

Ad hoc universalis Ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas et bene placentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitate radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Quamobrem, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuiimus et Sanctorum Petri et Ursi ecclesiam in qua divino vacatis servitio, apostolicæ sedis privilegio communimus, statuentes ut universa quæ in præsentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, eidem ecclesiæ integra et illibata serventur. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut videlicet, salva justitia matricis ecclesiae eorum qui se illic sepeliri deliberaverint devotioni et supremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi assensu aut fratum pars sanioris consilii secundum Dei timorem et beati Augustini Regalami præviderint eligendum. Statuimus ergo ut neque matrici ecclesiae, nec aliqui omnino hominum licet vestram ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu a vobis quidquam id quod est antiquitus constitutum exigere, aut vos quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia vobis integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimium diœcesani episcopi canonica justitia et reverentia, et sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sacerularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi satisfactione congrua realum suum correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tituli Calixti subscripti.

A Ego Guido presbyter cardinalis tituli Sancti Chrysogoni subscripti.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmae et Damiani subscripti.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, xvii Kalend. Maii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno primo.

### XXII.

*Privilegium pro Eremo Arellanensi.*

(Anno 1144, April. 24.)

[NITTARELLI, *Annal. Camaldul.*, IX, 27.]

B Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filii SAVINO priori Eremi Sancte Crucis de Fonte-Avellana ecclesie, et fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professisa ad perpetuam rei memoriam.

C Ad hoc universalis Ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas personas diligamus, et beneplacenter Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Oportet igitur omnes Christianæ fidei amatores religionem diligere, et loca venerabilia cum ipsis personis divino servitio mancipatis attentius conosco, ut nullis pravorum hominum inquietur: molestias vel importunitas angariis fatigentur. Eapropter, dilecti in Christo filii vestris justis postulationibus clementer annuiimus, et præstatum locum, is quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quaecunque possessiones, quæcumque bona in præsentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo proprio poteritis adipisci, firma vobis vertrisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet eumdem locum temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus verterionibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emenda verit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, viii Kal. Maii, inductione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno primo.

### XXIII.

*Sententiam ab Innocentio II latam de discordia canonorum S. Vincentii et S. Alexandri Bergomatum confirmat.*

(Anno 1144, April. 30.)

[*LUPI, cod. diplom. Bergom., II, 1050.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Osario præposito et fratribus Sancti Alexandri Pergamensis Ecclesiæ, tam præsentibus quam futuris canonice substituendis in perpetuam memoriam.

Justitiae et rationis ordo suadet ut qui sua successoribus desiderant mandata servari, decessoris sui voluntatem et statuta custodiat. Eapropter nos qui in regimine sedis apostolicæ prædecessori nostro felicis recordationis papæ Innocentio licet, indigni successimus ipsius voluntatem ac statutum custodire volentes, sententiam quæ inter vos et canonicos sancti Vincentii ab ipso promulgata est, et a successorere ipsius bona memoria papæ Cœlestino firmata confirmamus, et ratum manere censemus. Hanc videlicet ut quoties canonici Sancti Alexandri in solemnitatibus et exequiis mortuorum cum canonicis Sancti Vincentii, sive in ecclesia Sancti Vincentii sive in aliis convenerint, præpositus Sancti Alexandri teneat primum locum in sinistra parte chori. Capellani ecclesiarum Sancti Salvatoris, Sanctæ Agathæ, Sancti Joannis, Sanctæ Gratae, Sancti Vigili in diebus Dominicis et præcipuis festivitatibus veniant ad ecclesiam Sancti Alexandri ad majores missas. Criminosi de parochia Sancti Alexandri, præsente præposito vel uno de presbyteris ejusdem Ecclesiæ pœnitentiam suscipiant. Item statuimus ut presbyteri qui jurant fidelitatem beato Vincentio, jurent et beato Alejandro unus quoque de sacerdotibus Sancti Alexandri, portet capsam cum reliquiis. In mutatione vero ecclesiæ duo de presbyteris S. Alexandri portent arcum cum duobus presbyteris Sancti Vincentii. Ad scrutinia in coena Domini, ad baptismum et in aliis solemnitatibus more soito convenient. Cum canonici Sancti Vincentii ad ecclesiam Sancti Alexandri venerint, et in campanis pulsanidis et in aliis sicut consuetudo est, honorifice suscipientur et totum chorum sicut consueverunt obtineant. Præterea quascunque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fideliū, seu aliis justis modis, Deo proprio poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesias de Licina, de Longene, et Sancti Faustini, de Villa, de Gromole, de Virgis; ecclesiam Sapeti Martini in Bergamo, ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalene, ecclesiam San-

A ctii Laurentii de Zaunio. Concessionem quoque decimaru m a bonæ memorie Adelberto Bergomensi episcopo ecclesiæ vestre præposito canonice factam, quemadmodum in scriptis ejusdem episcopi et canoniconum beatorum martyrum Alexandri et Vincentii continetur, confirmamus ut eadem decima perpetuis fratrum usibus cedant. Porro bonos usus et laudabiles consuetudines a prædecessoribus nostris piæ recordationis pontificibus Honorio, Innocentio, et Cœlestino, vobis firmatas nos quoque auctoritate apostolica roboramus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auserre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet aliis molestis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodi profutura, salva diocesani episcopi canonica justitia et sedis apostolica auctoritate. Si qua igitur in futuram ecclesiastica sæcularis persona, hanc nostra constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultiōi subjecat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et bie fructum bona actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ episcopus subscripsi.

Ego Alberius Ostiensis episcopus subserpsi.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. Galixti subscripsi.

Ego Guido presbyt. cardin. tit. S. Chrysogoni subscripsi.

Ego Aribertus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Anastasiæ subscripsi.

Ego Rainerius presbyt. cardin. tit. Sanctæ Priscæ subscripsi.

Ego Hubaldus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Praxedis subscripsi.

Ego Guido presbyt. cardin. tit. SS. Laurentii et Damasi subscripsi.

Ego Gregorius diacon. cardin. Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Addo diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Vulum Aureum subscripsi.

Ego Guido diacon. cardinal. Sanctorum Cosmæ et Damiani subscripsi.

Ego Gerardus diaconus cardinalis Sanctæ Mariae in Dominica subscripsi.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister A Bergamensis Ecclesiæ, salutem et apostolicam benedictionem.

Ego Hugo Romanæ Ecclesiæ diaconus in Sancta Lucia in Horphea subscripsi.

Ego Joannes diaconus cardinalis Sanctæ Marie Novæ subscripsi.

Dat. Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, II Kalendas Maii, inductione VII, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno primo.

#### XXIV.

*Gregorio episcopo Bergomati nuntiat de controversia canonorum S. Vincentii et S. Alexandri quid decreverit.*

(Anno 1144, April. 30.)

[*LUPI Cod. dipl. Bergom.*, II, 1051.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri G [REGORIO] Bergomensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Canonici B. B. martyrum Vincentii et Alexandri statuto sibi termino a prædecessore bonæ memoriae papa Coelestino pro controversia inter ipsos diutius agitata nostro se conspectui presentarunt, quorum auditis rationibus et scriptis utriusque partis diligenter inspectis, communitatuum nostrarum consilio præcepimus ut in vigilia et in festivitate Victoris, et in Litaniis Gregorianis quando processiones faciunt, cum pulsatione campanarum, incensu quoque et aqua benedicta canonici Sancti Alexandri ipsimet absque ulla contradictione canonicos Beati Vincentii quiete de cætero recipient. Cætera vero, sicut per privilegium prædecessoris nostri bonæ memoriae papæ Innocentii, vel per litteras ipsius, sive per sententiam venerabilis fratris nostri (Robaldi) Mediolanensis archiepiscopi definita sive determinata sunt sicut de sede in choro et in mensa, et aliis sic ab utraque parte irrefragabiliter observentur, ut videlicet præpositus ecclesiæ B. Alexandri primam sedem in choro et in mensa a sinistra parte obtineat; fidelitates vero clericorum ab utrisque communiter recipientur. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communia, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, honoris et officii sui dignitate atque in extremo examine districtæ ultiōni subjaceat.

Data Laterani II Kalend. Maii.

#### XXVI.

*Ad Alphonsum regem Portugaliæ, qui regnum suum Romanæ Ecclesiæ tribulurum constituerat* (5).

(Anno 1144, Maii 1.)

[*MANSI, Concil.*, XXI, 616.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio A. illustri Portugalensi duci, salutem et apostolicam benedictionem.

Devotionem tuam, dilecte in Domino Oli, maxime congaudemus, quod temetipsum de illis ovibus recognoscens quas Dominus noster Jesus Christus Petri custodie commendavit, cum ad expugnationem paganorum intentus, multisque negotiis secularibus occupatus, apostolorum lumen visitare non posses, per manum dilecti filii G. diaconi cardinalis tunc in partibus illis apostolicæ sedis legati prædecessori nostro felicis recordationis papæ Innocentio heminum laudabili devotione fecisti, et terram tibi a Deo commissam beato Petro apostolorum principi obtulisti, atque personam tuam et terram ipsam ip-

Dat. Laterani II Kalend. Maii.

#### XXV.

*Canonicis ecclesiæ S. Alexandri Bergomatis idem significat.*

(Anno 1144, April. 30.)

[*Ibid.*, p. 1053.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis OBERTO præposito et fratribus Sancti Alexandri

(5) Vide infra epistolam Alphonsi regis.

suis patrocinio humiliiter commisisti, postmodum vero tam per litteras tuas quam per venerabilem fratrem nostrum I. Bracarensem archiepiscopum nobis etiam promisisti ut tam tu quam haeredes tui de terra ipsa quatuor uncias anni singulis Roinano pontifici persolvatis. Nos itaque, qui, licet indigni, beati Petri loco residere conspicimur, tam te quam filios tuos et successores vestros intra haeredes ipsius apostolorum principis ipso adjuvante suscipimus, ut in ejus benedictione et protectione tuæ animarum quam corporum maneat, per quam ab hostiis visibilium et invisibilium expugnatione defensi, ad coelestia regna revenire largiente Domino valeatis.

Datum Laterani Kalendis Maii.

#### XXVII.

*Confirmatio apostolica generalis super possessionibus Ecclesiae Lichfeld salva canonica justitia episcopi Conventrensis.*

(Anno 1144, Maii 4.)

[Monastic. Angl., l. III, p. 232.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis Ecclesiae Lichfeldensis, tam presentibus quam futuris, in perpetuum.

Apostolice sedi clementiae convenit universis ejus patrocinium implorantibus matricæ tuitionis suffragium exhibere, ut quemadmodum disponente Domino, patres in Dei populo dicimur, ita etiam opere exhibitione comprobemur. Hujus rei gratia, diciti in Domino filii, vestris desideriis paterna benignitate annuimus, et ecclesiam Lichfeldensem, in qua divino vacatis servitio, ad exemplar prædecessoris nostri papæ Innocentii, presentis scripti pagina communimus, statuentes ut ecclesias decimas et quascunque possessiones, quacunque bona præfata ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu alius justis modis, Deo propitio poterit adipisci; quacunque etiam a venerabili fratre nostro Rogero Conventrensi episcopo, tam in ecclesiis, decimis, terris quam in aliis possessionibus vobis collata sunt, vel ab eodem in posterum, Deo propitio conferentur, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet eamdem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Conventrensis episcopi canonica justitia, et apostolice sedis auctoritate. Si quis autem ansu temerario id attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus incurrit, et excommunicationi subjaceat. Conservantes autem haec eorumdem apostolorum et nostram benedictionem et gratiam consequantur. Amen, amen.

Datum Laterani per manum Baronis, capellani et scriptoris, quarto Nonas Maii, inductione septima,

A Incarnationis Dominice anno millesimo centesimo quadragesimo quarto, pontificatus vero domini Lucii papæ II anno primo.

#### XXVIII.

*Rogerio episcopo Conventrensi et Ecclesiae Lichfeldensi ecclesias quædam asserit.*

(Anno 1144, Maii 4.)

[Monast. Anglic., III, 235.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri ROGERO Conventrensi episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis, nec non Ecclesiae Lichfeldensi, in perpetuum.

Officii nostri nos bortatur auctoritas, etc., ut erga proximos ad exemplar prædecessoris nostri bonæ memorie papæ Innocentii præsentis scripti, etc.; præter-

B ea ecclesias de Stæfford, et de Pencris, ecclesiam de Wolverhampton, cum omnibus pertinentiis, tui Roregeri, etc., salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur, etc.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, quarto Nonas Maii, inductione septima, Incarnationis Dominice anno millesimo centesimo quadragesimo quarto, pontificatus vero domini Lucii papæ II anno primo.

#### XXIX.

*Rogerio episcopo Conventrensi privilegia quædam concedit.*

(Anno 1144, Maii 4.)

[Monastic. Angl., III, 232.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ROGERO Conventrensi episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

Ex injuncto nobis a Deo, etc.... suas utique, Laurentio priori et monachis ejusdem loci, etc. Ad exemplar felicis memorie papæ Innocentii prædecessoris nostri præsentis scripti pagina confirmamus, etc., salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si quis vero, etc.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris quarto Nonas Maii, inductione septima, Incarnationis Dominice anno millesimo centesimo quadragesimo quarto, pontificatus vero domini Lucii papæ II anno primo.

#### XXX.

*Bulla confirmatoria omnium iurium ac privilegiorum monasterii Sanctæ Mariæ de Castellione.*

(Anno 1144, Maii 10.)

[MURATORI Antiq. Ital., V, 819.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis ALBERTO abbati monasterii Sanctæ Mariæ de Castellione, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularein vitam professis in perpetuum.

Desiderium, quod ad Religionis propositum, et animarum salutem pertinere cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium, quod Beati Petri juris existit, in quo divino mancipati estis obsequio, in ejusdem apostolorum principis jus, pro-

tectione quoque suscipimus, et præsentis scripti privilegio communiamus. Statuentes ut quacunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium justæ et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, sive aliis justis modis, præstante Deo poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc suis duxiimus expriuenda vocabulis : Ecclesiam Sancti Salvatoris de Basilica ducis, cum omnibus suis pertinentiis : Ecclesiam Sancti Remigii de Palude : Ecclesiam Sancti Eusebii de Gavi : Cellam Sancti Benedicti de Guasto, cum omnibus suis pertinentiis : Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Charitate, quæ in Mantuano suburbio sita est : Ecclesiam de Castello . . . . Ecclesiam de Tasajalo : Quidquid possidetis in comitatu Lunensi, et Januensi, in comitatu Mutinensi, in loco scilicet, qui dicitur Solaria, et Herbaria, et in abbatia Sanctæ Mariæ de Corsica, quæ appellatur Plaidelii, cum omnibus suis pertinentiis, et in Curte, quæ vocatur Marca Regia, in Curte de Rupta, Castello Novo, Casale Albini et Sancto Andrea. Obeunite vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quilibet successorum, nullus ibi quilibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratum pars consilii senioris secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam elegent. Electus vero a Romano pontifice benedicatur. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes monachorum, seu canonicorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a quibus malueritis, catolicis accipiatis episcopis. Missas sane publicas in eodem monasterio celebrari, aut stationem, aut synodum, vel ordinationem aliquam, præter abbatis voluntatem ab episcopo quilibet fieri prohibemus; sicutque ab omni jugo, seu ditione cujuscunque personæ vestrum cœnobium liberum permanere sancimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum prorsus, pro quorum regimine et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in sacerdotum ecclesiastica secularis persona, hanc nostræ confirmationis paginam sciens, contra eam temerario ausu venire tentaverit, secundo tertio commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtus ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, et hic bona actionis fructum percipiat, et apud districtum judicem præmia eternæ pacis inveniat. Amen, amen, amen.

A Ego Lucius Catholicae Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Conratus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego . . . . .

B Ego Guido presbyter cardinalis titulo Sancti Gregorii subscripti.

Ego Albericus Ostiensis episcopus subscripsi.

Ego Thomas presbyter cardinalis titulo Vestina subscripsi.

Ego P. . . . . manus Tusculanus episcopus subscripsi.

Ego Manfredus presbyter cardinalis titulo Sancta Savinae subscripsi.

Ego Aribertus presbyter cardinalis Sanctæ Anastasiae subscripsi.

Ego Odo diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Venum Aureum subscripti.

Ego Wido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmae et Damiani subscripsi.

Ego Joannes diaconus cardinalis Sancti Adriani subscripsi.

C Ego Joannes diaconus cardinalis Sanctæ Marie Novæ suscripsi.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, vi Idus Maii, in dictione viri, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus domini papæ Lucii anno primo.

Pendet chordula sine sigillo plumbeo.

### XXXI.

#### Privilegium pro parthenone Fontis-Ebraldi.

(Anno 1144, Maii 10.)

[PAVILLON, *Vie de Robert d'Arbrissel*, Prenves, p. 628.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo Aliæbus PETRONILLE abbatissæ monasterii Fontis-Ebraldi et sororibus ibidem divino simulacrum mancipatis, tam præsentibus quam futuri, in perpetnum.

Apostolici moderamini clementiæ convenit religiosas personas diligere, earum loca pia protectione munire. Quanto ergo semineus sexus existat fragiliot, tanto magis ergo vos paternam curam atque sollicitudinem volumus exhibere, et jura vestri monasterii a pravorum incursibus defensare. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, vestris ratioobilibus postulationibus clementer annuimus, et monasterium Sanctæ Mariæ Fontis-Ebraldi quod utique ad intellectum sedis apostolicæ specialiter pertinet, in quo etiam divino vacatis obsequio, antecessorum nostrorum vestigis inhærentes sub B. Petri Jure ac protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus. Statuimus enim ut quæcunque bona, quæcunque possessiones quæ prædictum monasterium in præsentiarnim justæ et legitime possidet, aut in posteriū concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis vestrisque succendentibus integra in perpetuum et illibata permaneant. Præterea, si quis fideliūm devotionis intuitu aliquem locum vobis condebet in quo oratorium velitis construere ad vestram

postulationem aquam benedictam et alia ecclesiastica sacramenta, archiepiscopi et episcopi vestri, in quorum parochia idem locus fuerit, pro episcopalibus officiis debito absque molestia vobis praebent. Quemadmodum autem vos ab omni exactione liberas esse statuimus, ita etiam servientes vobis abaque inquietatione presbyteri ad quorum parochias spectare noscuntur, vestris obsequiis vacare censemus: statuentes etiam ut idem archiepiscopus et episcopus vos attentius manu teneant et defendant et de possessionibus quas per 2 vel 3 idoneos testes vobis legitiime donatas atque possessas probare poteritis nullam vobis inferre injuriam vel molestiam patiantur. Quod si quis hoc tentare presumperit pro episcopalii officiis debito, plenam de eo justitiam faciant. Quia vero religiosam vitam ducentes, de aliorum eleemosynis et beneficentia debent vivere, constituius ut de laboribus quos propriis sumptibus collitis, seu de vestrorum animalium nutrimentis a vobis exigere decimas, vel accipere nemo presumat. Sane pro amplioris religionis prerogativa que de loco vestro per Dei gratiam longius divulgatur hominibus liberis qui pro animalium suarum salute in Dei et Ecclesiae servitio, vel apud monasterium vestrum, vel in locis ad ipsum pertinentibus persistere devoverint in peccatorum suorum remissionem ex apostolicæ sedis auctoritate præcipiunt in hoc bono perseverare proposito, et juxta dispositionem abbatis ipsius loci, ad honorum Dei, sororibus fideliter deservire sicut a discretione bonæ memorie Roberti de Arbrissello spectata religionis presbytero institutum est. Quod si forte contigerit, episcopo diocesano injungimus, ut illos tanquam voti sui prævaricatores ad pristinæ religionis propositum redire compellat, quod temere factum est digna animadversione castigans. Sepulturam vero loci illius liberam omnino esse decernimus, ut illorum, qui se illic sepeliri deliberauerint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva justitia matricis Ecclesiae. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præstatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur carum pro quarum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove coniuncta, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate caret, reaque se divino judicio existere de perpetrata iniuritate cognoscet, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini

(4) Prangins, château et village situés sur un coeur au-dessus du lac de Genève, près Nyon, canton de Vaud. La famille de Prangins dont il est ici question, était une famille noble qui avait, à ce titre, droit de séance dans les anciens Etats du pays de Vaud. (V. Müller, *Hist. de la Suisse*, liv. 1, ch. 10; *Documents relatifs à l'hist. du pays de Vaud*, par le

A Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine, districtæ ultioni subjacent. Centris autem eidem loco justa servantibus sit pax Dei et Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis invenient. Amen.

Datum Laterani per manus Baronis capellani et scriptoris, vi Idus Maii, inductione VII, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno 1.

### XXXII.

#### *Privilegium pro Ecclesia Turonensi.*

(Fragmentum. — Anno 1144, Maii 10.)

[LAUNONI, Opp. III, n. 64.]

*Lucius II papa anno 1144, in suo diplomate Laterani dato sexto Idus Maii, inductione VII, pontificatus sui primo, sic loquitur: Porro libertatem et inimunitatem, honores et beneficia eldem Ecclesie Beati Martini per antecessorum nostrorum, Adeodati, Leonis, Hadriani, Sergii, Gregorii, Urbani, Paschalis, Calixti, Honorii, atque Innocentii Romanorum pontificum, vel per Turonensem archiepiscoporum Crotperi, Ibonis et Herardi scripta collata, integra vobis et intemerata serventur.*

### XXXIII.

#### *Bulla ad Humbertum de Prangins.*

(Anno 1144, Maii 11.)

C [Mémoires et Docum. de la société d'histoire de Genève, II, II, 32.]

*Lucius episcopus, servos servorum Dei, dilecto in Christo filio HUMBERTO de Prangins (4), salute et apostolicam benedictionem.*

Devotioni tuæ, dilecta in Domino fili, maxime congaudemus, quod temel ipsum de illis oibus recognoscens, quas Dominus noster Jesus Christus beati Petri custodice commendavit, ipsius limina reverenter visitavisti, et personam ac terram tuam ejusdem apostolorum principis tuitioni commiseris. In nostra siquidem et fratrum nostrorum presentia, beato Petro et nobis facto dominio promisiisti, ut tam tu quam heredes tui bisantium (5) unum de terra tua annis singulis Romano pontifici persolvatis. Et nos igitur, qui, licet indigni, beati Petri loco residere conspicimur, tam te quam filios tuos et successores vestros, intra ipsius apostolorum principis heredes ipso adjuvante suscipimus, ut in ejus semper benedictione ac protectione, tam animorum quam corporum, maneatis, per quam ad celestia regna, largiente Domino, perveniatis.

Datum Laterani, v Idus Maii.

B. de Grenns, Genève 1817, p. 62.

(5) Bisantium, besant, monnaie d'or ainsi nommée parce que les empereurs firent frapper les premières de ces espèces à Constantinople ou Bysance. L'usage de cette monnaie se répandit en Italie, France, Allemagne, etc. On eut aussi des besants blancs ou d'argent.

## XXXIV.

*Privilgium pro ecclesia Bononiensi.*

(Anno 1144, Maii 13.)

[*SAVIOLI, Annal. Bologn. I, ii, 206.*]

**L**ucius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo fratri Henrico Bononiensis ecclesie episcopo ejusque successoribus canonice substituendis.

Si ad coelestia regna pervenire desideramus, non pigri studio laborare debemus, sed quantum possumus, Deo adjuvante, festinare studeamus ut exaltationem ecclesiarum, quas etiam Dominus noster proprio sanguine acquisivit, in omnibus sublevare, et in melius restaurare possimus, quas vero divino cœlitus auxilio clavigero Christus Dei Filius tradidit Petro, eas quidem idcirco in præstantissimo statu sublevare debemus. Hoc enim certissime credimus quod quanto studiosius ecclesiarum exaltationem procuramus, tanto dignius illius vigemus munificientia cuius spirituali cura regitur et gubernatur catholica et apostolica Ecclesia in qua, auctore Deo, apostolorum vice fungimur. Idcirco notum omnibus fieri volumus quod reverentissimus frater noster Henricus Bononiensis episcopus Romanam veniens visitare limina apostolorum, ostendit nobis monumenta et investitures, et confirmationes factas ab antecessoribus nostris, id est Agapito, Pelagio, Gregorio VII apostolicis, de rebus suæ Ecclesiae..... provide inclinati precibus ejus, concedimus atque confirmamus suæ Ecclesiae, salvo in omnibus jure et Romanæ Ecclesiæ privilegio, monasterium S. Michaelis archangeli positum in fundo paterno cum omnibus rebus et pertinentiis suis, atque concedimus curtem de Brento cum servis et ancillis et omnibus suis pertinentiis, seu donamus monasterium S. Mariæ situm in massa quæ vocatur Monte Palense, quam Jovianianus imperator tradidit Bononiensi Ecclesiæ cum curte ibique tenente; te que nominatur Aurelia cum montibus qui, in circuitu præfati monasterii sunt positi, et curtes alias quæ nominantur Bombiana cum casalibus et pertinentiis suis, et montem qui vocatur Cavallorum; sive et concedimus portum qui nominatur Galliana cum ripatico et teloneo, et paludibus et piscariis et silvis, et cum omnibus rebus quæ ad ipsam pertinere dignoscuntur, et duas curtes, una quæ vocatur Curta Major, et alia quæ dicitur Curta Minor posita infra plebem quæ dicitur Boida. Insuper et datus monasterium Sancti Anastasii fundatum in fundo Petriculo cum portu et teloneo et ripatico, cum silvis et venationibus cum paludibus et pescationibus, et cum omnibus quæ ad curtem quæ vocatur Petriculosum, et ad præfatum monasterium pertinere videntur; necnon et curtem quæ dicitur Gellula, juxta flumen quod vocatur Savena, cum olivetis, vinetis, campis, silvis, venationibus, famulis colonis, et cum omnibus sibi pertinentiis, et ibi non longe fundum Venetum integrum quod et Sociorum vocatur, pertinentem ad iudas curtes, atque curtem in Panigale quæ continet

A in se tres fundos terrarum et vinearum, qui noe nomine vocantur candidatis et pulsia et grisiribili, seu et monasterium S. Prosperi situm in supradicto loco qui vocatur Panigale, sive et curtem quæ dicitur Cumio cum omnibus suis pertinentiis, et monasterium Sancti Martini in Pojo cum curte et omnibus sibi pertinentiis, et monasterium S. Petri in Strada, et monasterium S. Mariæ cum omnibus suis pertinentiis; monasterium S. Petri cum curte quæ vocatur in Nucifatico cum omnibus suis rebus; et monasterium S. Martini in Casalicchio cum omnibus pertinentiis; atque donamus charitati tuae portum in civitate Bononiensi quod communi nomine dicitur Sancti Petri, et Stratam quæ nominatur salario cum stratatico et omni redditu quem antiquitus persolvere solent ipsi homines qui per prænominas ire vel redire soliti sunt. Commonemus quoque ut statuto tempore, præfatos redditus absque negligencia persolvere studeant, seu et monasterium S. Mariæ quod vocatur Majoris, cum omnibus suis pertinentiis, cum casa Solariata infra civitatem Bononiæ quæ est juris ipsius monasterii, et monasterium S. Columbani confessoris cum omnibus suis rebus; et monasterium Sanctorum Gervasii et Protasii cum omnibus suis rebus, et monasterium Sancti Andreæ apostoli situm ante portam S. Petri cum omnibus suis rebus; et monasterium S. Joannis Evangeliste fundatum in monte qui vocatur Oliveti, cum omnibus suis pertinentiis: similiter concedimus monasterium Sancti Stephani quod vocatur Hierusalem, et quod dominus Petronius sanctissimus episcopus edificavit ad usum ejusdem ecclesiæ, et cum mercato Sancti Joannis Baptiste ibique tenente, seu confirmamus atque stabillimus curtem quæ vocatur Millonis cum portu et ripatico, et teloneo et mercato, cum silvis, venationibus, et cum paludibus et pescationibus, et cum servis, et ancillis, et colonis, et cum omnibus ad se pertinentibus; similiter concedimus cuncta prædia et possessiones, monasteria et plebes, et ecclesiæ baptismales omnesque ecclesiæ alias, castella, villas, abbates, monachos, presbyteros, diaconos, clericos litteratos et illitteratos, servos et ancillas Dei atque diaconisas, famulos utriusque sexus, et omnes homines super terram prædictæ ecclesiæ Bononiensi residentes, ut in tua tuorninique successorum sint potestate et defensione infra terminos et confinia totius episcopatus Bononiensis, sicut est a flumine quod dicitur Gaibana et fluvius qui Sablosculus vocatur cum strada quæ vocatur Ungarista usque. . . . . . et locus qui vocatur Cutte, et fluminis qui dicitur Leo, et aliis qui vocatur Muza. Similiter concedimus præfatae ecclesiæ curtem quæ Maxumasticum cum rebus et possessionibus cunctisque suis pertinentiis. Hæc omnia quæ superius leguntur, quæ præfata ecclesia vere et justè tenet, vel deinceps acquisitura est, tam tibi cum iis cunctis qui in eo quo es ordine loco quæ successerint, vel eis quorum interesse potuerit, in perpetuum reservanda decernimus. Si quæ vero re-

gum, sacerdotum, judicium atque sacerdotalium persona hanc constitutionis nostræ paginam agnoscens, et contra eam venire tentaverit. . . . honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniustitate cognoscat, et nisi ea quæ ab alio sunt male ablata restituerit, vel digna poenitentia illicite acta delleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi Redemptoris nostri aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi Redemptoris, et hic fructum bona actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiae episcopus.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tituli S. Calixti.

Ego Petrus presbyter cardinalis tit. Pastoris.

Ego Thomas presbyter cardinalis tit. S. Justinæ.

Ego Raynerius presbyter cardinalis tit. Sanctæ Priscae.

Ego Guido presbyter cardinalis tituli Sanctorum Laurentii et Damasi.

Ego Nicolaus presb. card. tit. S. Ciriaci.

Ego Aribertus presbyter card. tituli Sanctæ Anastasie.

Ego Manfredus presbyt. cardinalis tit. Sanctæ Sabinae.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Theodorinus Sanctæ Rufinæ episcopus.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Aymarus Tusculanensis episcopus.

Ego Petrus Albanensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Venum Aureum.

Ego Geraldus diaconus cardinalis Sanctæ Marie in Dominica.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus.

Ego Rodulphus diaconus cardinalis Sanctæ Luciae in Septem soliis.

Ego Joannes diaconus cardinalis S. Adriani.

Dat. Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, tertio Idus Maii, inductione septima, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo quadragesimo quarto, pontificatus vero domini Lucii papæ II anno primo.

### XXXV.

*Ecclesiam S. Mariæ Ardenensem tuendam suscipit bonaque ejus confirmat.*

(Anno 1144, Maii 13.)

[Neustria Pia, 704.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Gisleberto, priori ecclesiae S. Mariæ de Ardena, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum, salutem et apostolicam benedictionem.

A Ad hoc universalis Ecclesie cura nobis a provisore omnium bonorum Domino commissa est, ut religiosas diligamus personas et beneplacentes Deo, religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impendiatur, nisi ex charitatis radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque bona, eadem ecclesia in præsentiarium juste et canonice possidet, aut in futurum, concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Domino propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis:

Ecclesiam S. Germani de Alba Herba. Totam decimam de proprio dominio Oelardi in Hermenvilla. Unam acram terræ de feodo Willelmi Crassi, ante puteum Ardenæ. Unum campum terræ a Bitot de feodo Odardi. Unam acram terræ a Bitot. Duas aeras terræ et tres virgatas, in varena longa. Unum campum terræ ad Buruni, de feodo Aiulphi. Duas aeras terræ inter Cadomum et Ardenam, de feodo Gausfridi de Castello. Duos campos terræ super S. Germano de feodo Henrici, filii Herberti. Novem aeras terræ in Ardena. Quinque virgutas terræ, C inter S. Germanum et domum infirmorum. Quinque virgutas ex altera parte via. Totam decimam de dominio Adam de Francavilla. Unam præbendam Bajocis, de decem denariis, de eleemosyna regis. Aliam Cadomi, de septem denariis. Unam domum Cadomi, liberam et quietam de omnibus consuetudinibus in foro. Aliam domum in Burgo, abbatisse, Cadomi. Duas domos in Burgo abbatis, Cadomi, in novo rure. Tres aeras terræ a la Perella, et quidquid habebat Hasculphus in Lucerna, de proprio dominio (excepta parte nemoris de Curba Fossa) et duos arpennos vinearum, apud Suligneum. Totam decimam de Gripum, tam in molendinis quam in aquis et in omnibus redditibus villa. Unam piscariam apud Boleium. Totam terram Gisleberti, filii Adam, de proprio dominio in Lueerna. Unam acram terræ in carum, de feodo Radulphi, filii Radulphi. Duos modios segetis, quorum unum dedit Willelmus, filius Rogerii; alium Richardus Chalus.

Sancimus etiam ut ordo canonicus, secundum B. Augustini Regulam et institutionem Præmonstraten-sium fratrum, perpetuis ibi temporibus, inviolabili-ter conservetur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet prefatam ecclesiam temore perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas reti-nere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pre quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omninodis profutura: salva diocesani episcopi

canonica justitia et apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis personæ, banc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio admonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate carcat, reamque se divino iudicio existere, de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius, Catholice Ecclesiae episcopus.

Ego Conradus, Sabinensis episcopus.

Ego Albericus, Hostiensis episcopus.

Ego Ismarus, Tusculanus episcopus.

Ego Gregorius presbyter cardinalis, tituli Calixti.

Ego Thomas, presbyter cardinalis, tituli Vestinæ.

Ego Gilibertus, presbyter cardinalis, tituli S. Martini.

Ego Guido, presbyter cardinalis, titul. SS. Laurentii et Damasi.

Ego Gregorius, cardinalis diaconus, SS. Sergii et Bacchi.

Ego Guilo, diaconus cardinalis SS. Cosmæ et Damiani.

Ego Gerardus, diacones cardinalis S. Mariæ in Dominica.

Ego Gregorius, diaconus cardinalis S. Angeli.

Datum: Laterani, per manum Baronis capellani, scriptoris, in Idus Maii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ ann. 1144, pontificatus vero domini Lucii II papæ ann. 1.

### XXXVI.

*Ad Raimundum Toletanum archiepiscopum. — Confirmat primatum Toletanæ Ecclesie.*

(Anno 1144, Maii 13.)

[MANSI, Concil., XXI, 609.]

**LUCIUS** episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri **RAIMUNDO** Toletano archiepiscopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Sacrosancta Romana et apostolica Ecclesia ab ipso Salvatore omnium Domino Iesu Christo caput et cardo est Ecclesiarum omnium constituta. Non decet igitur a capite membra dissidere, sed eminenti ratione et supernæ provisioni capitis obediere. Moderate autem discretio capitis, singulorum membrorum officiosas actiones confoederans, unicuique jus et ordinem a natura constitutum distincte conservat, et quibusque nobilibus venustatis sue dignitatem, sine invidia, sociali charitate custodit. Hac igitur inducti ratione, honorem nobilis et famosæ Toletanæ Ecclesie, apostolice sedis propriæ et specialis filiæ, volumus conservare : ideoque, venerabilis frater Raimunde, quem vera in Christo charitate

A diligimus, tuis rationabilibus postulationibus paternæ pietatis affectu duximus annuendum. Per presentis ergo privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut per universa Hispaniarum regna pri-matus obtineas dignitatem. Pallio itaque, a sede apostolica tue charitati concessio, in Missarum celebrationibus uti debebis tantum in praecipuis festis-tatibus ; tribus videlicet diebus in Natali Domini, in Epiphania, Hypopanton [Hypapante], Coena Domini, Sabbato sancto, tribus diebus in Pascha, in Ascensione, Pentecoste, in solemnitatibus sancte Mariae, sancti quoque Michaelis, sancti Joannis Baptistæ, in omnibus natalitibus apostolorum, et eorum martyrum, quorum pignora in vestra ecclesia requiescent, sancti quoque Martini et Ildefonsi confessorum, et omnium commemoratione sanctorum : in consecrationibus ecclesiarum, episcoporum et clericorum, in annuo consecrationis tue die, et in natali, et S. Isidori, et Leandri. Primatem te universi Hispaniarum praesules respicient, et ad te, si quid inter eos exortum fuerit quæstione dignum, referent. Salva tamen in omnibus Romanæ Ecclesie auctoritate. Verum personam tuam propensiiori gratia retinentes, censemus, ut solius Romani pontificis iudicio ejus causa, si qua fuerit, decidatur. Sane Toletanam Ecclesiam præsentis privilegi stabilitate munimus, Complutensem ei parochiam cum terminis suis, nec non et ecclesias omnes, quas jure proprio antiquitus possedisse cognoscitur, confirmantes.

C Episcopales præterea sedes, quas in presentiaria justæ et quiete possides, eidem Toletanæ Ecclesie, tanquam metropoli, subditas esse decernimus. Reliquas vero, quæ antiquis ei temporibus subjacebant, cum Dominus omnipotens Christianorum restituuerit potestati, suæ dignatione misericordia, ad caput proprium referendas, decreti hujus auctoritate san-cimus. Porro illarum diœceses civitatum, quæ Saracenis invadentibus metropolitanos proprios amiserunt, eo tenore vestre subjicimus ditioni, ut quod sine propriis extiterint metropolitanis, tibi ut proprio debeant subjacere. Si quæ autem metropoles in statum fuerint proprium restituta : suo queque diœcesis metropolitanu[m] restituatur, ut sub proprio regimine pastoris super Divini collatione beneficii D glorietur. Si qua igitur in futurum ecclesiastica persona aut sacerdotalis banc nostræ constitutionis paginam sciens, etc.

Datum Laterani per manus Baronis capellani et scriptoris, in Idus Maii, indictione vii, incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii papæ II anno 1.

### XXXVII.

*Ad archiepiscopos et episcopos per Hispanias consti-tutos. — De eodem argumento.*

(Anno 1144, Maii 13.)

[MANSI, Concil., XXI, 610.]

Apostolice sedis clementia singulis ecclesiis, et ecclesiasticis personis, suam dignitatem et justitiam servare consueverunt. Unde nos, quorum præcipue

interest, ecclesiarum omnium curam gerere, veniam ad nos venerabilem fratrem nostrum reverendissimum Toletanum archiepiscopum benigne receipimus, et inspectis predecessorum nostrorum privilegiis, primatus dignitatem per universa Hispaniarum regna, juxta eorumdem privilegiorum tenorem, ei confirmavimus. Ipsum itaque cum gratia sedis apostolicae, et litterarum nostrarum prosecutio, ad sedem propriam remittentes, universitatibus mandando præcipimus : quatenus eidem tanquam primati vestro absque ulla contradictione canonicam obedientiam, et debitam reverentiam exhibere curetis. Dignum namque est ut qui multis letatur præesse subditis, nullatenus erubescat suis subesse prelatis.

Datum Later., iii Idus Maii.

### XXXVIII.

*Privilegium pro monasterio S. Bartholomæi Neuburgensi.*

(Anno 1144, Maii 14.)

[*Codex Lauresham. diplom., I, 239.*]

**LUCIUS** episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis MARQUARDO præposito ecclesiae Sancti Bartholomæi apostoli de Nova Civitate, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut reliquias diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Neque enim Deo gratus aliquando famulatus impeditur, nisi ex charitatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfataam ecclesiam, in qua divino mancipali estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia juste et canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, potuerit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; advocati vero ipius loci nullus ibi usurpare præsumat, sed abbas Laurishammensis eamdem ecclesiam cum pertinentiis suis loco advocati a pravorum hominum infestatione defendat. Peregrinos autem vel hospites testros, qui se ibi sepeliri deliberaverint, sepeliendi facultatem liberam habeatis, si tamen excommunicati non fuerint. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfataam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diœcesani episcopi canonica justitia et apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularis persona, banc nostræ constitutionis paginam

A sciens, contra eam temere venire tentaveit, secundo tertioe communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuriale cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bona actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

OSTENDE NOBIS, DOMINE, MISERICORDIAM TUAM.

Bene valete.

**Ego** Lucius catholicæ Ecclesiae episcopus subscripti.

**Ego** Conradus Sabinensis episcopus ss.

**Ego** Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

**Ego** Theodewinus Sanctæ Rusticæ episcopus ss.

**Ego** Gerhardus diacon. cardinalis Sancte Marie in Dominica ss.

**Ego** Albericus Ostiensis episcopus ss.

**Ego** Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosme et Damiani ss.

**Ego** Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano ss.

**Ego** Petrus presbyter cardinalis de titulo Pastoris subscripti.

**Ego** Petrus Albanensis episcopus ss.

Data Laterani, per manum Baronis capellani et scriptoris, ii Idus Maii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domni Lucii II pape anno primo.

### XXXIX.

*Ad Bernardum episcopum S. Davidis (Menevensi).*

(Anno 1144, Maii 14.)

[*WARTHON, Anglia sacra, II, 549.*]

**LUCIUS** episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri BERNARDO episcopo Sancti Davidis salutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitatis tue literas debita benignitate suscipimus; et quod de dignitate Ecclesiae tue tam in ipsis quam in aliis quæ super hoc ad sedem apostolicam missa sunt, diligenter attendimus. Verum quoniam peccatis exigentibus et pravorum hominum superabundante malitia ejusdem Ecclesiae dignitas longo elapo tempore ab ipsa alienata et ad alias Ecclesias translata est, certum quid inde statuere ad præsenz consilium non habemus. Disponimus quidem per Dei gratiam legatos nostros pro Ecclesiariis negotiis ad partes illas in proximo dirigere, quibus eamdem causam per antiquos homines et authentica Ecclesiae tue scripta indicare curabis. Et nos per eos veritate plenius cognita, quod ad honorem Dei statuendum fuerit, maturiori habito consilio statuemus.

Datum Laterani, ii Idus Maii.

## XL.

*Bulla confirmatoria sententiae Urbani II papæ de subjectione Ecclesie Dolensis ad Ecclesiam Turonensem.*

(Anno 1144, Maii 15.)  
[MANSI, Concil., XXI, 619.]

**LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Hugo Turonensi archiepiscopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.**

Quæ judicij veritate decisa sunt, litterarum debent memoriae commendari, ne pravorum hominum valeant in posterum refragatione turbari. Prædecessor siquidem noster felicis memorie papa Innocentius controversiam, quæ de prælatione Turonensis Ecclesie et subjectione Dolensis inter eam pastores jamdiu agitata est, venerabili fratri nostro Gausfrido Carnotensi episcopo, tunc apostolicæ sedis legato, cognoscendam terminandamque commisit, quæ cum in ejus præsentia in pluribus locis Gallie tractata esset, et necdum sine debito terminata, Dolensis archiepiscopus, nobis præsentibus, ad ejusdem prædecessoris nostri præsentiam venit, conquerens in dilatione ipsius causæ se multoies gravatum esse, et multas ob hoc expensas sustinuisse. Propter quod suppliciter postulavit, ut idem prædecessor noster eamdem causam ad suam præsentiam revocaret, et debitum finem imponeret. Cujus petitioni acquiescens, apostolicis litteris tibi, venerabili in Christo, frater Hugo Turonensis archiepiscopi, præcipiendo mandavit, ut apostolico te conspectui præsentares, ecclesiæ tuæ justitiæ super hoc ostendere præparatus. Quo interim divino iudicio viam universæ carnis ingresso, tam tu frater archiepiscopi, quam Dolensis, pro hujus controversiæ decisione nostro vos conspectui præsentasti. Cum autem de ecclesiæ tuæ justitia rationes, scripta, et argumenta plurima produxisses, productum est tandem in medium prædecessoris nostri beatæ memorie Urbani papæ privilegium, in quo manifeste continebatur, quod idem papa post multas hujus rei in sua et legatorum etiam sedis apostolicæ præsentia discussiones et retractationes, scriptis Romanorum pontificum, Nicolai videlicet, et Joannis, Leonis quoque IX et Gregorii VII diligenter inspectis, et omnibus hinc inde diligenti examinatione pertractatis, ex communi fratrum suorum episcoporum, et multorum Romanæ Ecclesiæ clericorum sententia decrevit, et scripti sui munimine roboravit, ut tam Dolensis episcopus, quam cæteri deinceps Britannorum episcopi Turonensem Ecclesiam suam esse metropolim recognoscerent, et debitam ei reverentiam exhiberent, nec ullo ulterius tempore post Rolandi obitum, qui tunc Dolensi ecclesiæ præsidebat, ad pallii usum Dolensis episcopus aspiraret. Ad hæc vero Dolensis nihil, quod ratione subnixum foret, respondebat, nec partem suam alicujus Romanæ pontificis auctoritate tueri potuit. Communicato itaque consilio, quoniam in sede justitiae, licet indigui, disponente Domino positi a via veritatis

A deviare nec possumus, nec debemus; ejusdem prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, in concessa fratrum nostrorum Conradi Sab. Imeri Tuscul. sedis nostræ episcoporum, Raimundi Toletani archiepiscopi, Henrici Wintoniensis, Ulgerii Andegavensis, Joannis Aletensis, Nigelli Heliensis, et Philippi Bajocensis episcoporum, Gregorii Sanctæ Mariæ Transiberinæ, Petri Sanctæ Potentianæ, Thomæ Sancti Vitalis, Gilberti Sancti Marci, Guidonis Sancti Laurentii in Damaso presbyterorum cardinalium, Gregorii Sanctorum Sergii et Bacchi, Oddonis Sancti Georgii ad Velum Aureum, Guidonis Sanctorum Cosmæ et Damiani, Octaviani Sancti Nicolai in Carcere diaconorum cardinalium; Petri Cluniacensis, Almerici Sancti Juliani Turoneusis, Berneris Nucariensis abbatum; Petri prioris Sanctæ Mariæ de Charitate; nobilium quoque Romanorum, Chencii Frangipanem, et Chencii nepotis ejus, Leonis Petri Leonis et Petri Uginitionis, multorumque aliorum tam clericorum quam laicorum, eamdem sententiam sedis apostolicæ auctoritate, nobis a Deo concessa, confirmavimus, et tam te, quam Turonensem Ecclesiam de ipsorum episcoporum obedientia propria manu per baculum investivimus. Præcipientes juxta ejusdem sententiae tenorem, ut tam Dolensis, quam universi deinceps Britannæ citerioris episcopi, Turonensi Ecclesiæ, tanquam metropolii propriæ, subjaceant, et debitam ei obedientiam ac reverentiam humiliter exhibeant. Ilac tamen moderatione habita, ut frater noster Gausfridus Dolensis episcopus, quandiu eidem ecclesiæ præfuerit, pallium habeat, et Romano pontifici tantum subjaceat: post ipsum vero nullus Dolensis episcopus ad pallii usum aspirare præsumat: sed, sicut jam dictum est, Turonensem Ecclesiam propriam metropolim recognoscat, et reverenter ei obediat. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularisve persona, hujus nostræ diffinitionis sententiam sciens, contra eam venire temere tentaverit, secundo tertio commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Observantibus autem sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis intendant. Amen, amen, amen.

S. PETRUS. S. PAULUS.

**Lucius papa II. (Locus monogrammati.)**

**OSTENDE NORIS, DOMINE, MISERICORDIAM TUAM.**  
Ego Lucius catholice Ecclesiæ episcopus ss.  
Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.  
Ego Theodewinus S. Rusinæ episcopus ss.  
Ego Albericus Hostiensis episcopus ss.  
Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

Ego Petrus presbyter cardinalis de titulo Pastoris ss.

Ego Thomas presbyter cardinalis titulo Vestimentariorum ss.

Ego Gilbertus presbyter cardinalis titulo S. Marci ss.

Ego Ranerius presbyter cardinalis de titulo S. Stephani in Cœlio Monte ss.

Ego Manfredus presbyter cardinalis titulo S. Savinae ss.

Ego Aribertus presbyter cardinalis titulo S. Anastasie ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Octavianus diaconus cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano ss.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indigenus ss.

Ego Johannes diaconus cardinalis S. Adriani ss.

Ego Gregorius diaconus S. Angeli ss.

Ego Hugo Romanæ Ecclesiae diaconus in S. Lucia in Ilorphea ss.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoria, Idibus Maii, inductione VII, Incarnationis Domini anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno I.

#### XLI.

*Ad Briocensem et Trecorensem episcopos. — Absolvit eos ab obedientia episcopo et Ecclesiae Dolensi promissa.*

(Anno 1144, Maii 15.)

[MARTÈNE, Thesaur., III, 890.]

Controversia quæ de prælatione Turonensis Ecclesiae et Dolensis inter eorum pastores est diutius agitata, qualiter in nostra præsentia ordine judicario decisæ sit, fraternali vestre breviter duximus intimandum. Auditis quidem utriusque partis rationibus, et inspecis Romanorum pontificum privilegiis, præcipue Urbani papæ, in quo manifeste continebatur, quod idem papa post multas tam in sua quam etiam legatorum suorum præsentia discussiones et retractationes judicavit, ut tam Dolensis quam cæteri Britannæ citerioris, episcopi Turonensem Ecclesiam propriam esse metropoliam recognoscerent, et debitam ei reverentiam exhiberent, nullusque Dolensis episcopus post Rollandi obitum ad usum pallii aspiraret. Unde nos, habito fratrum nostrorum consilio, ejusdem prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, eamdem sententiam auctoritate sedis apostolicæ firmavimus, et venerabilem fratrem nostrum Hugonem Turonensem archiepiscopum de ipsorum episcoporum obedientia propria manu per baculum investivimus. Quocirca ab inobedientia et fidelitate Ecclesiae et ipsius Dolensis [i.e. ecclesiae Dolensis et ipsius episcopi] auctoritate nobis a Deo concessa vos absolventes, per apostolica vobis scripta mandamus, et per obedientiam injungimus, quatenus eidem archiepiscopo et ecclesiae Turonensi obedientiam et reverentiam exhibeatis. Quod si contemptores esse præ-

A sumperitis, sententiam quam in vos canonica æquitate promulgaverit, nos auctore Domino ratam habebimus.

Datum Laterani, Idibus Maii.

#### XLII.

*Bulla pro Ecclesia S. Martini Turonensis.*

(Anno 1144, Maii 15.)

[Défense des priviléges de Saint-Martin de Tours, p. 17.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis ecclesiae Beati Martini Turonensis, tam præsentibus quam futuris canonice instituendis, in perpetuum.

Cum omnibus Ecclesiis et ecclesiasticis personis debitores ex apostolicæ sedis auctoritate ac benevolentia existamus, illis tamen personis propensiore studio providere nos convenit, quæ sanctæ Romanæ Ecclesie noscuntur specialius adhærente, priuile, dilecti in Domino filii, justis vestris petitionibus accommodantes assensum, ecclesiam Beati Martini Turonensis in qua divino vacatis officio, quæ utique ad jus et proprietatem Sanctæ Romanæ Ecclesie specialiter noscitur pertinere, protectione sedis apostolice duximus munieram et præsentis scripti patrocinio roborandam. Statuimus enim ut quæcumque possessiones, quæcumque bona ad eamdem ecclesiam in præsentiarum juste et legitime spectare videntur, aut in futurum concessionem pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, firma vobis et illibata permaneant; in quibus hæc propriis nonnibus adnotanda subjunximus: Burgum Sancti Petri puellaris cum pertinentiis suis, a charissimo filio nostro Ludovico illustri et glorioso Francorum rege vobis concessum, ecclesiam Sancti Pauli Cormiacensis, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Bellomonte, ecclesiam Sancti Cosmæ cum appenditiis suis porro libertatem et immunitatem, honores et beneficia eidem ecclesiae vestre Beati Martini, per antecessores nostros Adeodati, Leonis, Adriani, Sergii, Gregorii, Urbani, Paschalis, Calixti, Honorii atque Innocentii Romanorum pontificum, vel per Turonensem archiepiscoporum Crotberti, Iponis et Airardi scripta collata, integra vobis et interinerata serventur. Claustrum autem vestrum usque ad muri cuneos liberum omnino permaneat, sicut hactenus noscitur permansiisse; presbyteri quoque infra ecclesiae ambitum in cellulis et oratoriis vestris, in ecclesia S. Venantii et in ecclesia S. Petri quæ de Cardoneto dicitur commorantes, in ea quæ præteritis temporibus libertate manserunt, de cætero maneant. Sane chrisma, oleum sanctum, ordinationes canonicorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a Turonensi accipietis archiepiscopo, siquidem gratiam et communionem apostolicæ sedis habuerit, et ea gratis ac sine pravitate vobis exhibere voluerit; alioquin ea a quolibet catholico suscipietis episcopo; canonicus autem vester si ecclesiastarum quæ ad jus archiepiscopi pertinent canonicas

fuerit, beneficio refutato, excommunicandi eum archiepiscopus non habeat facultatem. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfatum ecclesiam Beati Martini temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus profutura, salva in omnibus apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sacerularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri aliena fiat, atque in extreno examine districtæ ultiōni subjaceat. Cunctis autem eidē loco justa servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

**OSTENDE NORIS, DOMINE, MISERICORDIAM TUAM.**

Ego Lucius catholice Ecclesiae episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Imarus Tusculanus episcopus.

Ego Petrus Albanensis episcopus.

Ego Guilbertus presbyter cardinalis tituli Sancti Marci.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. Calixti.

Ego Petrus presbyter cardinalis de tit. Pastoris.

Ego Guido presbyter cardinalis tituli Sanctorum Laurentii et Damas

Ego Rainerius presbyter cardinalis tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Sabinæ.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Guido diaconus cardinalis SS. Cosmæ et Damiani.

Ego Joannes diaconus cardinalis S. Adriani.

Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Angeli.

Ego Astaudus diaconus cardinalis Sancti Eustachii juxta templum Agrippæ.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, sexto Idus Maii, inductione septima, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucilii II papæ anno primo.

### XLIII.

**Ad Gaufridum comitem Britanniæ, et Henricum fratrem ejus. — Ut non impediant episcopos Britanniæ subjici Turonensi Ecclesiar.**

(Anno 1144, Maii 18.)

[MARTÈVE, Thessaur., III, 890.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectus in Christo filius GAUFR. illustri comiti Britanniæ, et HENR. fratri ejus, et baronibus per Dolensem,

A Briocensem et Trechoreensem episcopatus constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Universitati vestræ notum fieri volumus, quod frater noster G. [Godefridus] Dolensis episcopus prædecessori nostro felicis memorie papa Innocentio nobis præsentibus questus est in causa, que de prælatione Turonensis Ecclesiae et subjectione Dolensis inter ipsum et venerabilem fratrem nostrum Hu. Turonensem archiepiscopum in diversis locis Galliae agitata fuerat, se nimium gravatum fuisse, et graves expensas sustinuisse. Cujus laboribus et expensis idem prædecessor compatiens, iuxta petitionem suam præfatum fratrem nostrum Hu. archiepiscopum ad sedem apostolicam evocavit, ut ultraque parte præsente causam audiret et debitum suum imponeret. Quo interim divino iudicio viam universæ carnis ingresso, nos qui, licet indigni, disponente Domino, sibi successimus, utroque nostro se conspectui præsentato, eamdem controversiam hoc ordine diffinivimus. Auditis quidem utriusque partis rationibus, et inspectis Romanorum pontificum privilegiis, præcipue Urbani pape, in quo manifeste continebatur, quod idem papa post multas tam in sua, quam in legatorum sedis apostolicæ præsentia discussiones et retractationes judicavit, ut tam Dolensis quam etiam Britanniæ citerioris episcopi Turonensem ecclesiam propriam metropolim esse recognoscerent, et debitam ei reverentiam exhiberent, nullusque Dolensis episcopus post Rolandi obitum ad usum pallii aspiraret. Cumque ad hæc Dolensis nihil ratione subiuxum responderet, nec pariem suam per authenticâ Romanorum pontificum privilegiis tueri posset; habito fratrum nostrorum consilio, ejusdem prædecessoris nostri vestigiis inherentes, eamdem sententiam auctoritate sedis apostolicæ firmavimus, et venerabilem fratrem nostrum Hu. archiepiscopum, de ipsorum episcoporum obedientia propria manu per baculum investivimus. Quia igitur bonorum principum est sancte Romanæ Ecclesie statuta servare; per apostolica scripta nobilitati vestræ mandamus, atque in peccatorum remissionem injungimus, quatenus eamdem sententiam, a nobis cogente justitia promulgatam, nequaquam impediatis; sed ut præfata ecclesiae jam dicto archiepiscopo et Ecclesiae Turonensi, tanquam propriæ metropoli reverenter obediant, patienter sustineatis. Nulli enim injuryia irrogatur cum singulis ecclesiis et ecclesiasticis personis debitus honor et reverentia exhibetur. Si quis enim eidem archiepiscopo in hoc contradicere præsumperit, sententiam quam in eum canonica æquitate promulgaverit, nos auctore Domino ratam habebimus.

Datum Laterani, xv Kalendas Junii.

### XLIV.

**Privilegium pro ordine Præmonstratens**

(Anno 1144, Maii 19.)

[LE PAIGE, Bibl. Præm., p. 625.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectus filius HUGONI abbatii Præmonstratensi, et coabbati-

bus, præpositis, prioribus et universis fratribus A Præmonstratensis ordinis, tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Ad uberes fructus quos sacer Præmonstratensis ordo in agro militantis Ecclesiæ, cœlesti institutione plantatus prodixit hactenus, et continue producere non cessat, nostræ dirigentes considerationis intuitum, et attenta meditatione pensantes, quod illi Dominus tantum dederit incrementum, ut a mari usque ad mare suos palmites jam extenderit, ex apostolici cura tenemur officii circa hujusmodi religionis augmentum attenti et vigiles inveniri. Ea prop̄ter, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus petitionibus annuentes, personas vestras et ecclesiæ in quibus divino mancipati estis obsequio, ad exemplar prædecessoris nostri felicis memoriae Innocentii papæ II, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque bona Ecclesiæ vestræ in præsentiarum juste et legitime possident, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis rationabiliter poterunt adipisci, firma vobis vestrisque successoribus illibata permaneant. Præterea auctoritate apostolica vobis præsentium tenore indulgemus, ut minutias decimas, olerum, fructuum et pratorum nulli solvere teneamini, sed ea de cetero libere habeatis, siue usque modo noscimini habuisse. Prohibentes stricte ne archiepiscopi aut episcopi, in quorum C episcopatibus possessiones monasteriorum vestrorum consistunt, ea quæ prædecessores eorum monasteriis vestris rationabiliter contulerunt, et scriptis suis confirmaverunt, vobis audeant sine judicio et justa causa auferre. Ad hæc eleemosynas quos quilibet fidelis per manus episcoporum suorum legitime vobis concessisse noscuntur, et iidem episcopi sigillis suis postmodum confirmaverunt, monasteriis vestris integras et illibatas, sicut nunc eas habetis, manere sancimus; prohibentes insuper ad exemplar prædecessoris nostri felicis memoriae Cœlestini II, ne archiepiscopi aut episcopi, abbates vel præpositi ordinis vestri in suis episcopatibus commorantes, ad conventum generalem ordinis nullatenus venire prohibeant, imo nolentes ire districte cogant. Fratrum autem qui stabilitatem et obedientiam in loco promiserint, nullus recedere et recedenter, nisi cum commendatitiis litteris, nullus audeat retinere. Ut autem tam in prælatis quam in subditis vestri ordinis integritas inviolabiliter observetur, decernimus ut, si quis abbatum vel præpositorum ecclesiæ vestrarum ab ordinis vestri præposito et consuetudine monasterii Præmonstratensis deviarit, pater abbas super correctione sua eum bis tertio communeat. Quod si incorrigibilis apparuerit, diœcesanus episcopus sub præsentia et testificatione patris abbas et duorum ejusdem ordinis abbatum, sine omni dilatione ordinis sui transgressorē deponet; depositum autem, episcopus ad ecclesiam

A unde venit remittet, et alium idoneum canonica fratrum electione e vestigio subrogabit. Nulli ergo omnino hominum fas sit personas vel ecclesiæ vestras temere perturbare, aut earum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertioe commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultiō subjaceat. Cunctis autem eidem loco Justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

B Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, xiv Kalendas Junii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno ii.

#### XLV.

C Privilegium pro ecclesia S. Martini Laudunensis.

(Anno 1144, Maii 19.)

[*Ibid.*, p. 451.]

D LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GUATTERO abbati et canonicis ecclesiæ B. Martini quæ est in Laudunensi suburbio sita, eorumque successoribus divino famulatu mancipatis, in perpetuum.

Quoniam sine veræ cultu religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicae auctoritati religiosas personas diligere, et religiosa loca apostolicæ sedis munimine conseruare. Quoties enim illud a nobis petitur quod rationi cognoscitur convenire, animo nos decet libenti concedere, et potentium desideriis congruum impetriri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus petitionibus annuentes ecclesiam Sancti Martini, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar prædecessoris felicis memoriae Innocentii papæ, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et legitime possident, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis rationabiliter poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant: in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: Alodia videlicet de Diona, de Conerchis, de Boelio, molendina de Fossa, molendinum de Bartels, alodia de Taron de Planeto, de Magniviler, de Remicurte,

de Floricurte cum decimis eorumdem allodiorum ; totum territorium Salmuncei cum sylvis et pratis, et justitia , et districtum sicut vobis concessum est a venerabili fratre nostro Stephano Metensi episcopo : terras quos possidetis in Rokignicurte, in Pirrehs , in Pomereto, in Mozokis cum molendino, duas partes decimæ de Cilis cum decima culturaruin. Terram de Aveins cum decima, Monstratam culturam , terras quas habetis in Vercigniaco, Burcis, Makigni cum molendino et furno et pratis ; allodia de Vor-gia, duas partes decimæ de Monte-Cavillo, molen-dinum de Alneto, duas partes decimæ de Camulgia, molendinum de Auvil, partem decimæ de Pusello , et terras quas ibidem habetis, et in Athies , molen-dina de Anisi, de Clari, de Comportet, Destoneles , de Folia, et molendinum quod Becheralum dicitur ; vineas quas possidetis in monte Lauduno , in Tiri-niaco, in Vorgia, in Jovia, in Brueria, in Sirivalle , in monte Cavillo, in Orgivalle, in Camulgia , in Capriniaco , in monte Artelli , in Trubercourt , in Cryptis, in Mons, in Philains. Sane laborum vestro-rum quos propriis manibus aut sumptibus colitis , sive de nutrimentis vestrorum animalium , nullus omnino clericus vel laicus a vobis decimas exigere presumat. Ut autem tam in prælatis quam in sub-ditis vestri ordinis , integritas inviolabiliter observe-tur, decernimus ut, si quis abbatum qui de vestra Ecclesia exierint ab ordine et consuetudine Laudu-nensis monasterii Sancti Martini deviaverit , abbas predicti monasterii super correctione sua eum bis tertioe commoneat ; quod si incorrigibilis appa-ruerit, diocesanus episcopus sub præsentia et testi-ficatione abbatis Sancti Martini et duorum ejusdem Ordinis abbatum , sine omni dilatione, ordinis sui transgressorē deponet; depositum autem episcopus ad ecclesiam B. Martini remittet, et alium idoneum canonica fratrum electione e vestigio subrogabit. Sepulturam quoque ejusdem loci liberam esse con-cedimus, ut eorum qui se inibi sepeliri deliberave-rint , devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati fuerint, nullus obsistat, salvo jure parochialium sacerdotum. Nulli ergo hominum fas sit præsatam ecclesiam temere perturbare , aut ejus possessiones auferre, aut ablatas retinere , minuere , vel temerariis vexationibus fatigare ; sed D omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura : salva diocesani episcopi canonica justitia et apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sœcularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertioe commonita , nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de per-petrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo cor-pore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua

A jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, decimo quarto Kalendas Junii, indictione septima , Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo quadragesimo quarto, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno primo.

XLV bis.

*Privilegium pro Ecclesia S. Petri Faventii.  
(Anno 1144, Maii 20.)*

[MITARELLI, *Accessiones Faventii.*, p. 431.]

B *Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis FARULFO Faventiae Ecclesiae archidiaconu, PETRO archipresbytero , eorumque fratribus tam præsentibus quam futuris in eadem Ecclesia cano-nice substituendis in perpetuum.*

C *Ad hoc in apostolicæ dignitatis specula, Domino largiente promoti sumus, ut ecclesiarum utilitatæ et quieti paterna sollicitudine provideamus, et suam cuique justitiam ratam illibataisque servemus. Es- properter, dilecti in Dominino filii, vestris justis postu-lationibus annuimus, et Beati Petri ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio, sub ejusdem apostolorum principiis et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste et cano-nice possidet, aut in futurum concessione pontifici- cum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium , Deo propitio , poterit adipisci, integra vobis vestrisque successoribus et illibata perma-neant. Decernimus ergo ut nulli omnino, etc.*

*OSTENDE NOBIS, DOMINE, MISERICORDIAM TUAM*

*Ego Lucius catholice Ecclesiae episcopus.*

*Ego Theodegrinus S. Rusiuæ episcopus.*

*Ego Icmarus Tusculanus episcopus.*

*Ego Petrus Albanensis episcopus.*

*Ego Rainerius presb. card. tit. S. Prisca.*

*Ego Rainerius presb. card. S. Stephani in Celi-Monte.*

*Ego Gregorius presbyt. cardinalis tituli Caliat.*

*Ego Petrus diac. cardin. S. Mariæ in Aquiro.*

*Ego Ugo diacon. cardin. S. Romanæ Ecclesie.*

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriinarii, xiiii Kal. Junii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144 , pontificatus vero domini Lucii II papæ anno primo.

XLVI.

*Privilegia pro Ecclesia Ariminensi.*

*(Anno 1144, Maii 21.)*

[UCHELLI, *Italia sacra*, II, 422.]

*Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri RAYNERIO Ariminensi episcopo, ejusque suc-cessoribus canonice promovendis in perpetuum*

*In eminenti apostolicæ sedis specula disponente Domino constituti ex injuncto nobis officio fratres*

**n**ostros episcopos debemus diligere, et Ecclesiis sibi a Deo commissis, suam justitiam conservare. Predecessorum ergo nostrorum Romanorum pontificum vestigiis inhærentes, tuis in Christo frat. charissime Rayneri episcope, postulationibus imparlantur assensum, et S. Ariminensem Ecclesiam, cui Deo auctore præsides, S. R. Ecclesiæ privilegiis munientes, ad ipsius loci stabilitatem et pacem, monasteria, plebes, ecclesias, curtes, massas, salas, castella, casalia, vineas, terras, sylvas, paludes, prædia culta et inculta, cum decimis et colonis suis, servis et ancillis, alditionibus et cæteris omnibus, quæ aliquorum fidelium concéssione, sive acquisitione qualibet ei juste et legaliter pertinent, vel etiam, quæ de nostra S. R. Ecclesiæ tenet, tibi tuisque legitimis successoribus confirmamus, in quibus hæc propriis nominibus duximus apponenda, scilicet : infra civitatem Ariminensem, ecclesias S. Michaelis archangeli, S. Innocentie, S. Mariæ in Tribio, et SS. martyrum Cosmæ et Damiani, quæ vocatur S. Crucis, S. Agnetis, S. Genesii, S. Euphemiae, ecclesiam S. Joannis evangeliste, S. Martini, S. Sylvesteri, S. Vitalis, S. Laurentii sitam supra portam Gallicam, cum omnibus pertinentiis earum, extra civitatem vero monasterium S. Petri, cum oratorio S. Mauri, ecclesiam SS. Andreæ et Donati, ecclesiam S. Joannis Baptistæ, quæ vocatur Ioris portam, cum destructa Ecclesia S. Stephani, quæ invicem sibi cohæret, ecclesiam S. Apollinaris et monasterium S. Gaudentii, cum oratorio S. Victoris cum omnibus earum pertinentiis, ecclesiam SS. Joannis et Pauli, ecclesiam S. Gregorii infra eamdem civitatem in suburbio, ecclesiam S. Mariæ Majoris, plebem S. Angeli in salute, plebem SS. Joannis et Petri, quæ vocatur in Corpido, ecclesias S. Mauri, S. Martini, S. Christophori, S. Mariæ, et quidquid juris habet in monasterium S. Theonisti infra ipsam plebem, plebem S. Pauli et Stephani, ecclesiam S. Prosperi, ecclesiam S. Petri, ecclesiam S. Mariæ in Cento, ecclesiam S. Mariæ in Vernano, et S. Joannis in Frelioli infra ipsam plebem sitas, plebem S. Joannis in Galilæa, ecclesias S. Christophori in Flanignano, ecclesiam S. Laurentii in castro Sulani, ecclesiam S. Pauli in curte eiusdem castri, ecclesiam S. Margarite in castro cum curseo, et ecclesiam S. Andreæ, ecclesiam S. Christophori in castro Scortigato, et S. Vicini, plebem S. Archangeli, quæ vocatur in Acerbolo, ecclesiam S. Mariæ in Camerano, et S. Joannis in Cento, S. Andreæ in Gallia, S. Mariæ Novæ, S. Mariæ in Ceola, S. Bartholomæi in Tribio infra ipsam plebem sitas, plebem SS. Viti et Modesti, ecclesiam S. Justinæ, S. Juvenalis infra ipsam plebem, plebem S. Martini, quæ vocatur in Burdundo, seu Burdunchio, plebem S. Laurentii, quæ vocatur in monte Appadiano, ecclesias S. Christinæ, S. Martini, quæ vocatur in Viginti, S. Mariæ in Virgilano, S. Mariæ in Paterno, et quidquid juris habet in ecclesia S. Hermetis infra ipsam plebem sitas,

A plebem S. Joannis in Bulgaria nova, ecclesiam S. Apollinaris, quæ in deserto rejacet, ecclesiam S. Martini, quæ vocatur in Cerreto, ecclesiam S. Petri in castro Veraculi, et quidquid juris habet in ecclesiis S. Andreæ, S. Blasii, et S. Viti in Gualdo infra ipsam plebem sitas, plebem S. Joannis in Cella Jovis, et plebem S. Innocentie, plebem S. Laurentii in strata, plebem S. Gregorii in castro Conece, cum oratorio S. Stephani sito juxta ipsam plebem, S. Erasmi, ecclesiam S. Andreæ, plebem S. Sabini, ecclesiam S. Joannis in Pasciano, plebem Inferni, quæ vocatur S. Columbae, ecclesiam S. Donati, et S. Martini, S. Mariæ in Uria, S. Petri, quæ vocatur Accorti, S. Petri in Laureto infra ipsam plebem, plebem S. Laurentii in Barcola, et prædicta monasteria, et ecclesias omnes, quæ in Ariminensi comitatu sitæ sunt, cum pertinentiis earum, tibi tuisque successoribus confirmamus : eidem etiam Ariminensi Ecclesiæ roboramus portam Sancti Donati, quæ vocatur Sancti Andreæ totam in integrum medietatem de porta Gallica, quæ vocatur S. Petri, porticum totum in integrum, per quod perrigitur ad mare, et porticum, unde ingressus est ad episcopium, medietatem totam ex integro rite litoris maris, cum medietate de districtu suo, quæ ad ripas litoris pertinet, sive de Judæis, sive de Christianis, verum etiam et littus maris decurrens a flumicello usque ad flumen, qui vocatur Maricula. Ad hæc prædecessorum nostrorum vestigiis insistentes sicut ab eis sancitum est, ita et nos mansuri in perpetuo de cætero sancimus, ut Ariminensis Ecclesia nulli alteri aliis Metropoli, nisi tantum sanctæ et apostolicæ Romance subjecta sit Ecclesiæ, ipsiusque antistes tantum a Romano pontifice omni tempore consecratur. De supradictis autem rebus juris sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quas præfata Ariminensis Ecclesia possidet, tu, et tui successores pro pensione triginta denariorum solidos annis singulis Lateranensi palatio persolvatis. Plebem vero Sancti Paterniani cum decimis, et cæteris suis pertinentiis, necnon cum lis quæ beati Petri juris sunt in fundo Arginariæ, sub anno censu viginti quatuor denariorum Lucensium nobis nostrisque successoribus annualiter persolvendo, tibi tuisque successoribus commitimus, et præsentis scripti pagina confirmamus. Decernimus ergo, etc.; si qua igitur, etc.; cunctis autem, etc.

Ego Lucius catholice Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinen. episc.

Ego Imarus Tusculan. episc.

Ego Petrus Albanen. episc.

Ego Raynerius presb. card. tit. S. Priscæ.

Ego Thomas presb. card. tit. Vestinæ.

Ego Gilbertus presb. card. tit. S. Marci.

Ego Nicolaus presb. card. tit. S. Ciriaci.

Ego Mansfredus presb. card. tit. S. Sabinæ.

Ego Albertus presb. card. tit. S. Anastasie.

Ego Octavianus diac. card. tit. S. Nicolai in care.

Tull.

Ego Rodulphus diaconus card. Sanctæ Lucie in Septa Solis.

Ego Joannes diac. card. S. Mariæ novæ.

Ego Gregorius diac. card. S. Angeli.

Ego Astoldus diac. card. S. Eustachii.

Datum Laterani per manum Baronis sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconi, xii Kal. Jun. indict. 7, Incarn. Dom. 1144, pontificatus vero D. Lucii papæ II anno 1.

#### XLVII.

*Ad G. comitem Nivernensem.— Ut Vizeliaco restituat quod ademit.*

(Anno 1144, Maii 22.)

[MANSI, Concil., XXI, 614.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio G. comiti Nivernensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Ad nobilitatem tuam pertinet venerabilia loca cum ipsis personis divino famulatu mancipatis diligere et facere, et suam eis justitiam conservare. Ideoque per apostolica scripta nobilitati tuæ mandamus, atque in peccatorum tuorum remissionem injungimus, quatenus antiquam stramat, quam de Vizeliaco diceris abstulisse et alias divertisse, ad prædictum locum restitutas.

Datum ix Kalendas Junii.

#### XLVIII.

*Monasterio Cluniacensi manerium de Lecdecumba asserit.*

(Anno 1144, Maii 22.)

[Bullar. Cluniac., 52.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio PETRO Cluniacensi abbati; ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum.

Quoniam sine veræ cultu religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolica auctoritati religiosas diligere personas, et religiosa loca, maxime que B. Petri juris existunt, et ad Romanam spectant Ecclesiam specialiter, sedis apostolica munimine confovere, et sua iura eis illibata servare. Eapropter, dilecti filii, prædecessoris nostri felicis memoriae papæ Innocentii vestigii inharentes, vestris justis postulationibus gratum impertimus assensum atque manerium de Lecdecumba, quemadmodum ab illustri viro Stephano Anglorum rege cum consuetudinibus et libertatibus illi pertinentibus, et omnibus appenditiis suis, de proprio dominio vobis devotionis intuitu concessum est, et scripto suo firmatum, pro centum videlicet marcis argenti, quas Henricus boñæ memorie Anglorum rex prædecessor illius de thesauro suo annis singulis vobis concesserat, auctoritate apostolica vobis et per vos Cluniacensi monasterio confirmamus, et præsentis scripti pagina communimus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, hujus nostræ confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non sa-

tisfactione congrua emendaverit, potestatis honestisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoseat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Observantibus autem sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum honestæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis invenerint. Amen, amen, amen.

Ego Lucius catholicae Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ episcopus.

Ego Rainerius presbyter cardinalis tituli Sanctæ Priscae.

Ego Imarus Tusculanus episcopus.

Ego Thomas presbyter cardinalis tit. Vestinz.

Ego Petrus Albanensis episcopus.

Ego Gillebertus presbyter cardinalis tit. Sancti Marci.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Sabinæ.

Ego Rainerius presbyter cardinalis tit. Sancti Stephanii in Cœlio Monte.

Ego Aribertus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Anastasiaz.

Ego Hugo presbyter cardinalis tit. Sancti Laurentii in Lucina.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus.

Ego Rodulphus diaconus cardinalis Sanctæ in Sept. Sol.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sancti Angeli.

Ego Astoldus diaconus cardinalis Sancti Eustachii juxta templum Agrippæ.

Ego Joannes diaconus cardinalis Sanctæ Mariae Novæ.

Datum Laterani per manum Baronis sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconi, xi Kalendas Junii, inductione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno priujo.

#### XLIX.

*Ad Petrum Cluniensem abbatem.— Privilegium Cluniicense.*

(Anno 1144, Maii 22.)

[MANSI, Concil., XXI, 610.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio PETRO Cluniacensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Religionis monasticæ modernis temporibus speculum, et in Galliarum partibus documentum, beati Petri Cluniacense monasterium, ab ipso snæ foundationis exordio sedi apostolicae in jus proprium est oblatum. Proinde patres nostri sanctæ recordationis Joannes XI, item Joannes XII, Agapitus II, Benedictus VI; item Benedictus VII, Leo VII et IX, Gregorius VI et VII Alexander II. Stephanus. VI-

etor III, Urbanus II, Paschalis II, Gelasius II, Ca-  
lixtus II, Honorius II, Ecclesiae Romane pontifices, locum ipsum singularis dilectionis ac libertatis prærogativa donarunt: et universa ei pertinentia, privilegiorum suorum sanctionibus muniverunt. Statutum est enim ut ecclesiae omnes, cœmeteria, monachi, clerici, et laici universi infra terminos habitantes, qui sunt a rivo de Salnay, etc., sub apostolice tantum sedis jure ac tuitione permaneant. Neque ipsius Cluniacensis loci presbyteri, aut etiam parochiani, ad cuiuslibet, nisi Romani pontificis et Cluniacensis abbatis, cogantur ire synodum vel conventum. Sane pro abbatis, monachorum, seu clericorum infra predictos terminos habitantium ordinatione, pro chrismatis confectione, pro sacri olei, ecclesiarum, altarium, et cœmeteriorum consecratione, Cluniacense monasterium quem maluerit antistitem convocet Cluniacenses monachos ubilibet habitantes, nulla omnino persona præter Romanum pontificem, et legatum qui missus ad hoc fuerit, excommunicet, aut interdicat. Sane terminos immunitatis loci vestri, qui a præfato antecessore nostro Urbano papa constituti sunt, præsentis nostri decreti pagina confirmamus. Ne videlicet ullus homo cojuscunque conditionis ac potestatis, invasionem, prædam, aut rapinam facere, sive homicidium perpetrare præsumat infra ipsorum limites terminorum. Itaque, termini sacri banni sunt hi, etc. In abbatis, quæ cum suis abbatibus ordinationi Cluniacensis monasterii date sunt, videlicet S. Marialis, etc., C sine Cluniacensis abbatis consilio abbas nullatenus eligatur. Ad hæc adjicimus ut in omnibus prioribus et cellis, quæ nunc sine proprio abbe, vestro regimini subjectæ sunt, nullus futuris unquam temporibus abbatem ordinare præsumat. Sed tam prioratus ipsi, et cellæ, quam et cætera in quibuslibet locis omnia, quibus Cluniacensis ecclesia, Arvernensis concilii, quod per supradictum Urbanum papam celebratum est, tempore investita erat, de quibus tunc nulla quæstio mota est, tam tibi, quam successoribus tuis, in pace semper et quiete serventur. Pro altariis, et ecclesiis, sive decimis vestris, nulli episcoporum facultas sit gravamen aliquod vobis, aut molestias irrogare; sed sicut eorum permissione quædam ex parte, quedam ex integro habuistis, ita et in futurum haheatis. Ecclesiarum vestrarum decisiones, quæ a laicis obtinentur, si secundum Deum eorum subtrahere potestati vestre religionis reverentia poterit, ad vestram et pauperum gubernationem vobis liceat possidere. Decimas laborum vestrorum, pro quibus tam vos quam alios monasticæ religionis viros inquietare episcopi consueverunt, illorum videlicet, quos dominicaturas appellant, qui vestro sumptu a monasteriis et cellarum vestrarum clientibus excoluntur, sine omni episcoporum, et episcopaliū ministrorum contradictione, deinceps quietius habeatis, qui vestra peregrinis fratribus et pauperibus erogatis. Ecclesiae omnes, quæ ubilibet positæ sunt, seu capellæ vestre, et cœmeteria libera

A sint, et omnis exactionis immunita, præter consuetudinem episcopi paratam, et justitiam in presbyteros qui aduersus sui ordinis dignitatem offendent. Liceat quoque vobis, seu fratribus vestris, in ecclesiis vestris presbyteros eligere. Ita tamen, ut ab episcopis, vel ipsorum vicariis, animarum curam absque venalitate suscipiant. Quam si committere illi, quod absit! ex pravitate noluerint: tunc presbyteri ex apostolice sedis benignitate officia celebrandi licentiam consequantur: Ecclesiarum vero seu altariorum consecrationes, si diœcesani episcopi gratis noluerint exhibere, a quolibet catholico suscipiat episcopo. Nec cellarum vestrarum ubilibet positarum fratres, pro quilibet interdictione vel excommunicatione, Divinorum officiorum suspensionem patientur. Sed tam monachi ipsi, quam et famuli eorum, et qui se monasticæ professioni devoverunt, clausis ecclesiarum januis, non admissis diœcesanis, divina servitutis officia celebrent, et sepulturæ debita peragant. Præterea quascunque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in præsentiarum justæ et canonicæ possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. In Burgundia, ecclesiam, etc.

B Prohibemus autem ut infra parochias ad jus Cluniacensis monasterii pertinentes, absque Cluniacensis abbatis assensu nullus ecclesiam vel capellam ædificare præsumat, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona, hanc nostræ concessionis paginam sciens, etc.

Ego Lucius catholice Ecclesia episcopus, subscripsi.

Ego Theodewinus Sanctæ Russæ episcopus, subscripsi.

Ego Rainierius presbyt. card. tit. Sanctæ Priscae, subscripsi.

Ego Thomas presbyter cardin. tit. Vestinæ, subscripsi.

Ego Gillebertus tit. S. Mariae, subscripsi.

Ego Maurus Tusculanus episcopus, subscripsi.

Ego Petrus Albanensis episcopus, subscripsi.

Ego Rainierius presbyt. tit. S. Stephani in Cœlio Monte, subscripsi.

Ego Mansfredus presbyt. card. Sanctæ Sabinæ subscripsi.

Ego Aubertus presbyt. card. tit. S. Anastasiæ, subscripsi.

Ego Hugo presbyt. card. tit. S. Laurentii in Luçina, subscripsi.

Ego Octavianus diaconus card. subscripsi.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus, subscripsi.

Ego Gregorius diacon. cardin. Sancti Angeli, subscripsi.

Ego Astaldus diac. card. S. Eustachii, juxta tempulum Agapitæ, subscripsi.

Ego Joannes diaconus card. S. Mariæ Novæ, subscripsi.

Datum Laterani per manum Baronis, ecclesie subdiaconi, xi Kal. Junii, indict. vii, Incarnat. Dominice 1144, pontificatus vero domini Lucii papæ anno I.

#### L.

*Ad episcopos Galliarum. — Vetus ædificari ecclesias vel capellas in parochiis ad Cluniacense monasterium pertinentibus.*

(Anno 1144, Maii 22.)

[Dom BOUQUET, *Recueil*, XV, 413.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus universis episcopis per Gallias constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Juxta canonicam sanctionem omnino providendum est episcopis, ut aliae Ecclesiæ antiquiores propter novas suam justitiam aut decimam non perdant, sed semper antiquiores Ecclesiæ persolvantur. Ideoque, quoniam religiosorum fratum Cluniacensium necessitatibus nos convenit providere, per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus in parochiis ad Cluniacense monasterium pertinentibus absque consensu Cluniacensis abbatis, nullus ecclesiam vel capellam ædificari præsumat, salva in omnibus apostolicæ sedis auctoritate.

Datum. . . . xi Kalend. Junii.

#### Li.

*Privilegium pro monasterio S. Bertini Sithiensi.*

(Anno 1144, Maii 26.)

[Collection des Cartulaires, III, 319.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis LEONI, abbatii Sancti Bertini, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum.

Ab hoc nos, disponente Domino, in apostolicæ sedis servitium promotos agnoscimus, ut ejus filii auxillum implorantibus efficaciter subvenire, et ei obedientes tueri ac protegere, prout Dominus dederit, debeamus. Unde oportet nos venerabilibus locis manum protectionis extendere, et servorum Dei quieti attentius providere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et Beati Bertini monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quaecunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione filielium seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis

A vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: In episcopatu Atrebateni, altare de Anesin, altare de Werkin, altare de Barli; in Tornacensi episcopatu, altare de Runbeke, liberum a personatu, salvis redditibus episcopalibus; in Morinensi episcopatu, altare de Vuiserna cum eadem villa, decimam in ecclesia sancti Martini, decimam apud Longnouesse, decimam apud Sanctum Michaelm, decimam apud Tilleke. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas relinere, minnere, aut quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diecesani episcopi canonica justitia, et apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, etc. Usque in finem, ut supra in aliis privilegiis.

Ego Lucius, catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Data Laterani, per manum Baronis, sancte Romane Ecclesiæ subdiaconi, septimo Kal. Junii, in dictione septima, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii secundi papæ anno primo.

*In circuitu circuli scribitur: OSTENDE NOBIS, DOMINE MISERICORDIAM TUAM.*

#### LII.

*Ad Alvisum episcopum Atrebatensem.*

(Anno 1144, Maii 29.)

[BALUZ., *Miscell.* ed. Luc., II, 167.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ALVISO Atrebateni episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Iator præsentium, sicut accepiimus, juvenis est et boni testimonii et in litterarum scientia eruditus, et Atrebateni Ecclesiæ honeste deseruire potest. Ideoque, quoniam cum venerabili fratre nostro Imaro Tusculano episcopo aliquandiu bene conver-satus est, per præsentia scripta dilectioni lux ro-gando mandamus quatenus pro beati Petri et nostra reverentia in eadem Ecclesia præbendam ei tribuas.

Datum Laterani, iv Kalend. Junii.

#### LIII.

*Privilegium pro Farense monasterio.*

(Anno 1144, Maii 30.)

[PETIT, *Theodori Pœnit.*, II, p. 676.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus Rissensi abbatisse Farense monasterii ejusque sororibus tam præsentibus quam futuriis, in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos deo libenti concedere et potentium desideris congruum

**A**lumperti suffragium. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, venerabilis fratrī nostri Alberici Ostiensis episcopi precibus inclinati, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium in quo divino mancipatae estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionē pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque succendentibus et illibata permaneant. Concordiam autem quæ inter vos et venerabilem fratrem nostrum Meldensem episcopum, ex mandato prædecessoris nostri felicis memorie pape Innocentii per venerabiles fratres nostros Gaufridum Cata-launensem et ilionem Autissiodorensim episcopos rationabiliter facta est, et ab eodem prædecessore nostro confirmata, præsenti scripto firmamus, et ab utraque parte servari sancimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet jam dictum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur vestris, et eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis protultra, salva diocesani episcopi canonica justitia et apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultiōi subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus s.

Ego Conradus Sabinensis episcopus s.

Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ episcopus s.

Ego Albericus Ostiensis episcopus s.

Ego Incarus Tusculanus episcopus s.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tituli Ca-

lixii s.

Ego Thomas presbyter card. tit. Vestinæ s.

Ego Gilbertus presbyter card. tit. S. Marci s.

Ego Guido presbyter card. tituli SS. Laurentii et

Damasi s.

Ego Bb. diaconus cardinalis SS. Sergii et Bac-

chi s.

Ego Guiso diaconus card. SS. Cosmæ et Damiani s.

Ego Joannes diac. card. Sancti Adriani s.

Ego Radulphus diacon. cardinalis Sancte Lucie

in Septo Solis s.

Datum Laterani per manum Baronis, sanctæ Ro-

manæ Ecclesiæ subdiaconi, iii Kalend. Junii, indi-

cione septima, Incarnationis Dominicæ anno 1144,

pontificatus vero domni Lucii papæ secundi anno

primo.

#### LIV.

*Ecclesiam S. Petri Faventinam tuendam suscipit, canonicorumque possessiones ac privilegia confir-*

*mat, petente Alberico episcopo Ostiensi.*

(Anno 1144, Jun. 1.)

[UCCELLI, *Italia sacra*, II, 495.]

**B**LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis FAROLFO Faventinæ Ecclesiæ archidiacono, PETRO archipresbytero, eorumque fratribus, tam præsentibus quam futuris, in eadem Ecclesia loco eorum substituendis in perpetuum.

Ad hoc in apostolicæ dignitatis specula, Domino largiente, promoti sumus, ut Ecclesiarum utilitati, et quieti paterna sollicitudine provideamus, et suam cuique justitiam, ratam illibatamq[ue] servemus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuentes, et B. Petri ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub ejusdem apostolorum Principis, et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum, quomodolibet jure præfata Ecclesia possidet, aut in futurum concessionē pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, sive aliis rationabilibus modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: plebem S. Petri in Lacuna, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, medietatem plebis S. Andreæ in Panigale cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Christophori martyris, dicta castrum Quartulli, ecclesiam S. Andreæ in Casanaula, ecclesiam S. Marie in Morlascho. Præterea Arcuatum majorem, et minorē, Fermilinum majorem, et minorē cum appendi- ciis suis, videlicet Fabriati, Morena cum campo majore cohærente sibi, et Taulis de Villanova, duos mansos in Licutino, quatuor in Pegalino, duos in Amerino, locum qui dicitur Garguguanus, locum qui

**C**Dicitur Curiglianus, locum qui dicitur mons, locum qui dicitur Tillitus, duos mansos in Varano. Quidquid habetis in Fustarini, in Pigna, in Pitriolo, et in quibusconque locis, villis vel fundis, terris vel aquis, aquarumve decursibus. Sancimus etiam vobis, vestrisque in perpetuum successoribus antiquas Ecclesiæ vestræ consuetudines, honores, dignitates in decimis, primitiis, testamentis, oblationibus tam vivorum quam mortuorum, antiquitus consuetis plebium episcopatus vestri, processionibus et pensionibus, omnibusque per solutionibus, præhendis sive redditibus, quemadmodum vos, aut prædecessores vestri, ex antiquo vestræ Ecclesiæ usu habuistis, tenuistis, et possedistis, a die obitus boni mem.

Pauli ejusdem Ecclesiæ venerabilis episcopi usque

ad tempus Jacobi successoris ejus. Olicum autem a  
infirmorum, et eorumdem unctiones, de tota plebe  
vestra, soli Ecclesiæ vestræ, ejusque sacerdotibus  
in perpetuum, apostolicæ sedis auctoritate firmamus. Et ut nullus capellanorum apud se retineat,  
vel in eo sine matricis Ecclesiæ licentia operetur  
sub eorum officii interminatione, ac excommunicatione  
præcipimus. Archidiaconum quoque, et archi-  
presbyterum semper in Ecclesia vestra per canonici-  
cam constitutionem habendos præcipimus. Quibus  
nimis quidquid eis sacrorum canonum auctorita-  
tate conceditur, præsentis privilegii auctoritate fir-  
mamus. Sane charitable illa ciborum beneficia,  
quæ a monasteriis S. Mariæ foris portam, et S. Hip-  
polyti, sive quæ in nativitate et resurrectione Do-  
mini, annis sigulis ab episcopo vestro recipere  
consuevistis, sive in dictis monasteriis consuetas  
processiones feceritis, sive ipsas casu excusabili  
prohibente substraxeritis, vobis vestrisque posteris,  
rata sancimus, et illibata servari. Hoc etiam Eccle-  
siæ vestræ perpetuis temporibus ratum et incon-  
vulsum manere decernimus, ut de universis ecclæ-  
siasticis negotiis, sive contractibus, quæ ad dioce-  
sim Fuentini episcopatus pertinere noscuntur,  
formandi, aut reformandi, judicandi seu disponendi,  
sine consilio et assensu vestro, vestrorumque suc-  
cessorum, nullus omnino habeat facultatem. Sepul-  
turam quoque eidem Ecclesiæ omnino liberam esse  
concedimus, et eorum corpora, qui se in illis  
sepeliri deliberaverint, vel eorum, qui per consue-  
tam parentelæ, aut cognationis sepulturam ad  
cœmeterium vestrum pertinere noscuntur, sine li-  
centia vestra, nullus recipere præsumat, nisi forte  
adhuc viventes, quodlibet propositum religionis  
assumpserint. Quæ si quis ausu temerario recipere,  
vel sepulturæ tradere præsumpscrat, sive clericus  
sit, sive laicus, usque ad condignam satisfactionem  
ecclæsiasticæ vindictæ subjaceat. Ad hæc adjicientes  
statuimus, ut sine vestro, aut successorum vestro-  
rum assensu, nulla nova ecclesia, vel oratorium  
infra Fuentini episcopatus terminos construatur  
vel consecretur. Quæ si secus constructa, vel con-  
secrata fuerint, in ipsis auctoritate apostolica divina  
prohibeatis officia celebrari. Apostolica nihilominus  
auctoritate interdicimus, ut nullus de episcopatu-  
stro, quem canonice interdixeritis, aut excommuni-  
caveritis, occasione alienus privilegii, sive aucto-  
ritatis vobis resistere, aut contradicere præsumat,  
vel mandato vestro sine contradictione obediatur. In  
communi etiam vestræ civilis interdictio, nulli  
Ecclesiæ, quæ interdicta fuerit, officium manifeste  
liceat celebrare. Nulli quoque archiepiscopo, vel  
episcopo liceat aliquem matricis Ecclesiæ clericum  
officio, seu beneficio sine canonico iudicio spoliare.  
Illi quoque præsenti decreto duximus adiecten-  
dum, ut tam ecclæsiasticis quam sacerdibus, tam  
in communibus quam in privatis, vos vestrique  
successores ab omni tributaria exactione immuni-  
tatem omninodam habeatis. Decernimus ergo et

nulli omnino boninum , etc. Si qua igitur, etc. Universi autem, etc. Amen.

Datum Lateran., Kal. Junii, anno 1.

LIV bis.

*Privilegia monasterii Trenociensis confirmata.*  
(Anno 1144, Jun. 7.)

[*JUENIN, Hist. de l'abbaye royale de Tournus, Preuves,*  
p. 147.]

**Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilecto  
in Christo PETRO Trenociensi abbatii, ejusque suc-  
cessoribus regulariter promovendis, in perpetuum.**

**Justis votis assensum præbere, justisque petitio-  
nibus aures accommodare nos convenit, qui licet  
indigni justitiae præcones, in excelsa apostolorum  
Petri et Pauli specula positi, Domino disponente,  
conspicimur. Propterea petitionibus tuis clementiis  
annuentes, Trenociensi coenobio cui, Deo auctore,  
præsides, ad exemplar prædecessorum nostrorum  
felicis memorie Paschalil, Calixti et Innocentii II.,  
Romanorum pontificum, præsidium apostolicæ pro-  
tectionis impendimus, et loca illa que vel antecesso-  
rum tuorum, vestræ strenuitatis industria, aut ra-  
tionabiliter acquisivit, aut legitime recuperavit, re-  
antiquorum principum seu episcoporum liberalitate  
eidem coenobio concessa sunt, praesentis decrei pa-  
gina vobis vestrisque successoribus confirmamus.  
In episcopatu videlicet Claramontensi monasterium  
Sancti Porciani, cum ecclesiis de Besson, de Quio-  
tiniano, de Polines, de Celsiaco, de Travallio, de  
Fellinio, de Monte-Aureo, de Sustris, de Charel, de  
Liriniaco, de Martiliaco, de Monsanc, de Boiso, de  
Barbariaco, de Vernei, de Villena, de Lupiaco, de  
Paredo, de Brialis, de Variunas, de Voroz, de S.  
Lupo; ecclesias de Besiaco, de Nuilliac, de Capelz,  
de Branciaco, de Floriaco cum capella de Cavaneas  
ecclesiam de Salviliis, de Libiaco; ecclesiam S.  
Nicolai, et ecclesiam de Vernolio. In Cabilonensi  
Pristiaceum, Aguliacum, ecclesiam de Baldreas, ee-  
clesiam Sancti Andreæ, Lambras, Manciacum  
ecclesiam de villa Gianniaco, de Ver; ecclesiam  
Sancti Martini de Griviliaco, de Cusiriaco. In Lug-  
dunensi, ecclesiam S. Andreae de Baljiaco, Vasiliacum  
Briennam, Juvenciacum; ecclesiam sancti Jacobi de  
Grassiaco, Sancti Benigni; ecclesiam de Cabrosio  
ecclesiam de Cavaniis, Bisiacum, ecclesiam Sancti  
Mariæ de Soliniaco, S. Martini de Butella, ecclesiam  
Sancti Andreæ, que vulgo vocatur Pannos, ee-  
clesiam de monte Raculfo, ecclesiam de Sasiriao, ee-  
clesiam de Peroniaco: capellam de Castro Corgo-  
non: ecclesiam S. Lidii, que vulgo vocatur Olivæ  
Lovincum, Silviniacum. In Matisconensi, Ulchini-  
cum, Villare, Plotas, Belniacum, ecclesiam de L.  
Douziacum, cellam Sancti Romani, S. Mauriti, ee-  
Symphoriani, S. Mariæ de Capella Reverias, S. Petri  
de Romanicas: ecclesiam de Aziaco, de Fisiac  
S. Juliani de Lonciaco, S. Vitalis de Lenna. In Augustomen-  
turicensi, ecclesiam de Saciaco. In Augustodunensi  
ecclesiam de Pariniaco cum capella, ecclesiam de P.  
Iraflita, cum capella S. Justi. In Nannetensi, m.**

Datum Lateran., Kal. Junii, anno i.

LIV bis.

**Privilegia monasterii Trenorciensis confirmat.**

(Anno 1144, Jun. 7.)

[JUENIN, *Hist. de l'abbaye royale de Tournus*, Preuves,  
p. 447.]

**LUCIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO  
IN CHRISTO PETRO TRENORCIENCI ABBATI, EJUSQUE SUC-  
CESSORIBUS REGULARITER PROMOVENDIS, IN PERPETUUM.**

**Justis votis assensum præbere, justisque petitio-  
nibus aures accommodare nos convenit, qui licet  
indigni justitiae præcones, in excelsa apostolorum**

Petri et Pauli specula positi, Domino disponente,  
3 conspicimur. Propterea petitionibus tuis clementia  
annuentes, Trenorciensi coenobio cui, Deo auctore,

præsides, ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis memoriae Paschalis, Calixti et Innocentii II, Romanorum pontificum, præsidium apostolicæ protectionis impendiens, et loca illa que vel antecessorum tuorum, vestræ strenuitatis industria, aut rationabiliter acquisivit, aut legitime recuperavit, vel antiquorum principum seu episcoporum liberalitate eidem cenobio concessa sunt, præsentis decreti pagina vobis vestrisque successoribus confirmamus. In episcopatu videlicet Claramontensi monasterium Sancti Porciani, cum ecclesiis de Besson, de Quintiniaco, de Polines, de Celsiaco, de Travallio, de Fellinio, de Monte-Aureo, de Sustris, de Charel, de Liriniaco, de Martiliaco, de Monfanc, de Boiaco, de

Barbariaco, de Vernei, de Villena, de Lupiaco, de Paredo, de Brialis, de Variunas, de Voroz, de S. Lupo; ecclesias de Besiaco, de Nuilliaco, de Capelz, de Branciaco, de Floriaco cum capella de Cavarocca; ecclesiam de Salviliis, de Libiaco; ecclesiam S. Nicolai, et ecclesiam de Vernolio. In Cabilonensi, Pristiacum, Aguliacum, ecclesiam de Baldreas, ecclesiam Sancti Andreæ, Lambras, Manciacum; ecclesiam de villa Giuniaco, de Ver; ecclesiam Sancti Martini de Griviliaco, de Cusiriaco. In Lugdunensi, ecclesiam S. Andreæ de Baljiaco, Vasiliacum, Briennam, Juvenciacum; ecclesiam sancti Jacobi de Grassiaco, Sancti Benigni; ecclesiam de Cabrosio, ecclesiam de Cavanis, Bisiacum, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Soliniaco, S. Martini de Butella, ecclesiam Sancti Andreæ, quæ vulgo vocatur Pannos, ecclesiam de monte Raculso, ecclesiam de Sasiriaco, ecclesiam de Peroniaco: capellam de Castro Corgnon: ecclesiam S. Lidii, quæ vulgo vocatur Olive: Lovinicum, Silviniacum. In Matisconensi, Ulchisianum, Villare, Plotas, Belniacum, ecclesiam de Li. Douziacum, cellam Sancti Romani, S. Mauriti, S. Symphoriani, S. Mariae de Capella Reverias, S. Petri de Romaniscas: ecclesiam de Aziaco, de Fisiaco, S. Juliani de Lonciaco, S. Vitalis de Leuna. In Bituricensi, ecclesiam de Saciaco. In Augustodunensi, ecclesiam de Pariniaco cum capella, ecclesiam de Petrasista, cum capella S. Justi. In Nannetensi, me-

nasterium S. Philiberti, ecclesiam S. Vitalis de Raas, ecclesiam de Machicol, S. Martini de Piaciaco, Sancti Liucinii, ecclesiam de Limoziveria, S. Columbari, ecclesias de Corcoiaco, ecclesias de Mores mansio-nes, de Legiaco, de Tolvei, ecclesias de Monasteriis. In Pictaviensi Illeum insulam, ecclesias de Bellovidere cum cœmeterio: cellam Sancte Marie Lau-duni ecclesiam Sancti Nicolai, S. Petri, ecclesias de Basilicis, Sanctæ Crucis, ecclesias de Berniziaco, de Aziaco, Maciacum, Taziacum, ecclesiam de Ma-dermas, ecclesias de Bernazai, de monte S. Leodegarii, de Estivalibus. In Turonensi, Pontiacum Verniolum, Corcoriacum. In Andegavensi, cellam Cunaldi cum appendiciis, ecclesias de Doadicastro, Sancti Dionysii, Sancti Petri, S. Joannis, S. Leodegarii, ecclesiam S. Laurentii, villam Landrum, Terencia-cum, ecclesias de Varinas, S. Mariæ de Tanays cum capella. In Genevensi, ecclesiam de Perois. In Aniciensi, monasterium Sancti Philiberti, ecclesiam Sancti Petri de Salitas, S. Felicis de Laudons, S. Mariæ Pratalias, S. Martini Cocornensis; capellam S. Philiberti, S. Cyrici, S. Mauritii Amblavensis, S. Vincentii, capellam in Castro Syroi, Sanctæ Mariæ de Basac, capellam de Castro Itocos, S. Juliani Caspiniaci, capellam de Castro Mercolio, eccle-siam S. Quintini. In Diensi, ecclesiam de Ca-stro Grainan, S. Vincentii, S. Romani, ecclesiam de Torrites. In Tricastrinensi, ecclesiam de Valle nymphis, S. Martini, S. Mariæ, S. Petri, S. Ro-mani, capellam S. Michaelis de Gaha, ecclesiam de Eleemosyna, Sanctæ Mariæ de Grainan. In Au-rasicensi, ecclesiam de Dosera, Sanctæ Mariæ, S. Benedicti, S. Christophori, S. Saturnini. In Va-sionensi, ecclesiam S. Germani, S. Petri de Falco, Sanctæ Mariæ de Purpureas. In Viennensi, cellam Sanctæ Agnetis de Mota, S. Martini de Aziaco cum cœmeterio, S. Verani de Rivas, ecclesiam de Fai, S. Joannis de Castro Miron, ecclesiam de Villanova, capellam S. Michaelis de Albon, ecclesiam S. Sa-turnini cum parochia, cellam S. Philiberti de Min-niaco, ecclesiam Sancti Romani, S. Andreæ, eccle-siam S. Ferreoli. In episcopatu Bisuntino, S. Cor-nelii, S. Desiderii, ecclesiam de Azzou. Quæcunque præterea in futurum, largiente Deo, juste poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad hæc adjici-  
mus ut idem locus, in quo beati Valeriani martyris et Sancti Philiberti confessoris corpora requiescant, ab omni jugo sacerularis potestatis liber in per-pe-tuum conservetur. Nec episcopo liceat cujuscun-que diocesis eundem locum excommunicationis vel absolutionis, vel cuiuslibet dispositionis occasio-nibus perturbare, aut cruces, seu quaslibet ex-

A actions novas, burgo et cæteris monasterii posses-sionibus irrogare. Missas quoque in eodem mona-sterio publicas celebrari, vel stationem ab episcopo præter abbatis et fratrum voluntatem fieri prohibe-mus. Cætera etiam quæ per reverendæ memorie Joannis, et supradictorum Romanorum pontificum privilegia confirmata sunt, confirmemus. Præterea pro reverentia beatæ Mariæ semper Virginis cuius nomine locus vester insignis est, in Annuntiatione Domini Salvatoris nostri, hymnum Angelicum inter missarum solemnia, abbati vel fratribus pronuntiare concedimus. Obeunte te nunc ejusdem loci abbate, et tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet et subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communī consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti Regulam elegerint, ab apostolicæ sedis episcopo, vel ejus legato propter difficultatem itineris, consecrandum. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona, hanc nostræ con-stitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonita, si non satis-factione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio ex-ltere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacra-tissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redem-  
ptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in ex-tremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præ-mia æternæ pacis inveniant. Amen, amen. amen.

In symbolo :

OSTENDE NOBIS, DOMINE, MISERICORDIAM TUAM  
Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.  
Ego Petrus Albanensis episcopus.  
Ego Thomas presb. cardin. tit. Vestunæ.  
Ego Guido presb. card. tit. Sanctorum Laurentii et Damasi.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi.  
Ego Guido diac. card. SS. Cosmas et Damiani.  
Ego Petrus diac. card. S. Mariæ in Porticu.  
Ego Joannes diac. card. S. Mariæ Novæ.

Datum Ceperani per manum Baronis, sanctæ Ro-manæ Ecclesiæ subdiaconi, vii Idus Junii, iudictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144; pontificatus vero domini Lucii II papæ anno primo.

LV.

*Gregorio episcopo Bergomati mandat ut episcopatus sui sacerdotes impellat ad fidelitatem ecclesiæ S. Vincentii et S. Alexandri faciendam.*

(Anno 1144, Jun. 16.)

[LUPI, Cod. dipl. Bergom., II, 1053.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri G[REGORIO] Bergamensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Quid de fidelitatibus faciendis a sacerdotibus tui episcopatus ecclesiæ Sancti Vincentii et Sancti Alexandri a prædecessore nostro bonæ memorie

papa Innocentio statutum est, et a nobis postea confirmatum, fraternitatem tuam nosse credimus. Unde per præsentia tibi scripta mandamus quatenus sacerdotes illos qui post eamdem constitutionem ordinati sunt, utrisque ecclesiis fidelitatem facere districtæ commonreas. Quod si contradictores extiterint canonica eos censura coerceas.

Dat. Ceperani, xvi Kal. Julii.

#### LVI.

*Ad Atrebatensem et Camerac. episcopos.—Ut causam matrimonialem cognoscant, et incursam ea de causa excommunicationem relaxent.*

(Anno 1144, Jun. 16.)

[MANSI, Concil., XXI, 618.]

**LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Alviso Atrebatenzi, et Nicolao Cameracensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.**

Nobilis vir Ebrardus de Britolio per nos ab Hierosolymis rediens significavit nobis quod quamdam suam consanguineam, filiam videlicet Thomæ de Marna, contra prohibitionem episcopi, et Ecclesie Belvacensis sibi copulare præsumpscrivit, qua præsumptione et ipse ab eodem episcopo est excommunicationis vinculo innodatus, et terra sua divinis officiis interdicta. Tandem vero et illam dimisit, et aliam, sicut asserit, sibi legitimo matrimonio copulavit. Ad cuius rei assertionem in prædecessoris nostri felicis memoriae, et nostra etiam præsentia, cum Hierosolymam tenderet, testes producere paratus fuit; quos idem prædecessor noster in alterius partis absentia recipere noluit, sed causam ipsam vestræ discretioni cognoscendam et terminandam commisit. Cujus nos vestigiis inbarentes per apostolica scripta vobis mandamus, quatenus infra quadraginta dies postquam præsentia scripta suscepitis, tam ipsum quam eamdem mulierem, videlicet filiam Thomæ, ante vestram præsentiam evocetis, et causam ipsam hinc inde studiosius inquiratis. Si vero consanguinitas inter ipsos per idoneos testes probata fuerit, et ipsum contra prohibitionem episcopi, et ecclesia Belvacensis eam duxisse, et propter hoc terram suam interdictam et excommunicatam fuisse constiterit, ipsum ab ejusdem mulieris querimonia omnino absolvatis, et matrimonium, quod cum altera contraxit, propter hoc de cetero nullatenus impediatis. Verum si quis ex vobis necessitate qualibet emergente interesse non poterit, alter, adscitis secum discretis et sapientibus viris, nihilominus causam audiat et supradicto modo diffiniat.

Datum xvi Kal. Julii.

#### LVII.

*Ad Atrebatensem et Morinensem episcopos.—Ut damna illata Walthero de Werdone dum Hierosolymam projectus erat, reparari curent.*

(Anno 1144, Jun. 17.)

[MANSI, Concil., XXI, 617.]

**Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili**

**fratri Alviso Atrebatenzi, et Miloni Moreensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.**

Nobilis vir Walterius de Werdone per nos ab Hierosolymis rediens questus est quod parochianu vestri, postquam Hierosolymitanum iter incepit, terram suam deprædati sunt, et plurima damna sibi intulerunt. Ideoque, quoniam possessiones et bona eorum qui devotionis intuitu Hierosolymam proficuntur sub sanctæ Dei Ecclesie protectione consistunt, per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus eosdem parochianos vestros de quibus nobis conquestus fuerat, studiosius moneatis, ut damna postmodum sibi illata cum integritate restituant; quod si contemptores extiterint, canonica eos censura coerceatis.

Datum Ceperani, xv Kal. Julii.

#### LVIII.

*Privilegium pro monasterio S. Mariæ de Fonte-*  
*vivo.*

(Ann. 1144, Jun. 28.)

[AFFO, *Storia di Parma*, II, p. 357.]

**LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis VIVIANO abbati de Fontevivo ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.**

Apostolici moderaminis clementiae convenit reliquos diligere et eorum loca pia protectione munire. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eos et a pravorum hominum nequitia tueremur et apostolicae sedis patrocinio loveamus. Espropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et B. Dei genitricis semperque virginis Mariæ monasterium de Vivosonte quod in Parmensi episcopatu situm est, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quæcumque possessiones, quæcumque bona idem locus in præsentiarum justæ et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propria, poteris adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis visa sunt exprimenda vocabulis: Ex dono videlicet venerabilis fratris hostri Lanfranci Parmensis episcopi ecclesiam Sanctæ Mariæ de Vivosonte cum omnibus pertinentiis suis, et cum decimis ejusdem loci a præfato episcopo assensu canonorum suorum vobis pro sua devotione concessis, et cum terris sive possessionibus a laicis monasterio vestro justè collatis. Quia vero communem vitam agentes de aliorum eleemosynis et beneficentia convenit sustentari, sancimus ut de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas exigere audeat. Prohibemus autem ut sicut a venerabili prefato fratre nostro Parvensi episcopo rationabili prædicatione statutum est ex fluvio Tari usque ad rivum

Batiboris, et rivi Scamni strata usque ad finem Cornaleti et Maressii nulla ecclesia noviter construatur, nulla sacerdotalis habitatio prorsus ædificetur. Nulli ergo omnino hominum licet præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, universe seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodi profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate. Si qua sane in posterum ecclesiastica sacerdotalis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districto ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servavitibus sit pax Domini nostri Jesu Cliristi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Amen, amen, amen.

Ego Lucius catholice Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Rainierius presb. cardinalis tituli Sanctæ Præscæ ss.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani ss.

Ego Thomas presbyt. cardinalis tit. Vestinæ ss.

Ego Petrus diaconus card. S. Mathiae in Porticu ss.

Ego Hugo presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Aribertus presb. card. tituli Sanctæ Anastasie ss.

Ego Julius presbyt. cardinalis tit. S. Marcelli ss.

Ego Ubaldus presb. card. S. Crucis ss.

Datum Laterani per manum Baronis, sanctæ Romanae Ecclesiæ subdiaconi, iv Kalendas Julii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno primo.

LIX.

*Ad clericum et populum Ravennatem.*

(Anno 1144, Jul. 6.)

[RUMI, Hist. Ravenn., p. 329.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis clero et populo Ravennati salutem et apostolicam benedictionem.

Universitatì vestræ notum fieri volumus, venerabilem fratrem nostrum M. canonice et concorditer vobis electum debita benignitate suscepimus, ipsumque Spiritus sancti gratia invocata, vobis in archiepiscopum, manibus propriis tanquam B. Petri manibus consecravimus. Eudem itaque cum gratia sedis apostolicæ et literarum nostrarum prosecutio, ad sedem propriam remittentes, per apostolicam vobis scripta mandamus, ut ipsum benigne recipia-

A lis, affectione præcipua diligatis et honoretis, cique tanquam proprio pastori, et animarum vestiarum episcopo, obedientiam ac reverentiam humiliter exhibeat. Ad recuperanda quoque possessiones et bona Ravennatis Ecclesiæ matris vestræ, et habita retinenda, tanquam boni filii opem ei et consilium præbeatis. Nos autem ipsum pro scientia et honestate sua, et Ravennatem ecclesiam, tanquam speciam sedis apostolicæ filiam, secundum Deum diligere et honorare volumus, et suam ei justitiam conservare. Inde est quod venerabili fratri nostro A. Placentino episcopo, per apostolica scripta mandamus, ut juxta tenorem privilegiorum Ravennatis Ecclesiæ, et antiquam consuetudinem debitam ei et Ecclesiæ Ravennati obedientiam ac reverentiam exhibeat.

B Dat. Lat., ii Non. Julii.

LX.

*Heinricum Olomucensem episcopum propter quardam ecclesiasticæ negotia Romanum evocat.*

(Anno 1144, Julii 10.)

[BOCZEK, Cod. diplom. Morav., I, 320.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HEINRICO Olomucensi episcopo, salute et apostolicam benedictionem.

C Fraternitatis tuæ litteras debita benignitate suscepimus, et super hoc, quo ex ipsarum inspectione, de nostra promotione te letari intelleximus, gratum habemus, licet ipsa promotio et officii dignitas nullam nobis quietem vel mentis tranquillitatem conferat, immo curas et sollicitudines, labores quoque et tribulationes nobis quandoque augeat. Nos quidem personam tuam ante hoc officium sincero affectu dilexi, et nunc affectuosius diligere volumus, et in quibus secundum Deum possumus honorare. Tua igitur interest in his quæ ad officium tuum pertinent ita temetipsum laudabiliter exercere, et ad honorem et exaltationem matris tuae sancte Romanæ Ecclesiæ studiose intendere, ut Deus exinde honoretur, et eadem Romana Ecclesia de tua devotione letetur. Præterea quoniam in quibusdam negotiis ecclesiasticis tuæ discretionis opus habemus consilio, per præsentia tibi scripta mandamus, ut præsentiam tuam quam citius nobis exhibeat.

D Datum Laterani, vi Idus Julii.

LXI.

*Ad Othonem Lucensem episcopum, et G. diaconum cardinalem.*

(Anno 1144, Jul. 10.)

[BALUZE, Miscell. ed. Luc., IV, 593.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus O. Lucano episcopo et G. diacono cardinali sanctæ Romanae Ecclesiæ salutem et apostolicam benedictionem.

Prior Sancti Angeli in Foro ad nostram præsentiam veniens nudis verbis se excusavit, quod super ecclesia Sancti Salvatoris nullam injuriam fratribus nostris S. Fridiani intulerat. Nos autem pluribus et diversis negotiis præpediti, cum in causa ipsa alte-

tas diligentias adhibere non possemus, viva voce per obedientiam sibi præcipimus, ut quod prædecessores nostri bona memoriae Innocent., Cœlest. exinde præceperant, et quod ipse in manu dilecti filii nostri sruavit G. presbyteri cardinalis Sanctorum Laurentii et Damasi sacramento, tam ipse quam fratres sui irrefragabiliter observarent. Vobis vero per apostolicas benedictiones scripturam mandamus, ut eos qui super eamdem S. Salvatoris ecclesiam lapides projecere, vel assultum in ea facere, donec de tanto sacrilegio satisfaciant, pro excommunicatis habeatis. Si vero præfatus prior vel fratres sui sive parochiani super eamdem S. Salvatoris ecclesiam, fratres S. Fridiani infestare præsumpserint, in ipsa S. Angeli ecclesia divina prohibemus officia celebrari.

Data Laterani, vi Idus Julii.

#### LXII.

*Heinricum Olomucensem episcopum iterato Romam evocat.*

(Anno 1144, Aug. 20.)

[BOCZEK, *Cod. diplom. Morav.*, I, 231.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HEINRICO Olomucensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitatis tuæ litteras debita benignitate suscepimus, et quæ in eis continebantur, diligenter attendimus. Unde quemadmodum per alia tibi scripta mandavimus, iterato mandamus, ut quam citius poteris, præsentiam tuam nobis exhibeas. Et tunc tam de his quæ nobis significasti, quam de aliis, de quibus tecum loqui volumus, per te veritate plenius cognita, quod statuendum fuerit, auctore Domino, statuenus.

Datum Romæ, XIII Kal. Septembri.

#### LXIII.

*Privilegium pro ecclesia S. Sepulcri Hierosolymitanæ.*

(Anno 1144, Sept. 14.)

[ROZIERE, *Cartulaire du Saint-Sépulcre*, p. 33.]

Lucius, episcopus, servus servorum Dei, dilectus in Christo filii PETRO priori et ejus fratribus in Ecclesia Sancti Sepulcri regularem vitam professis, tam præsentibus quam futuris, in perpetuum.

Si mansuetudo et liberalitas sanctæ Romanæ Ecclesiæ universis Christianis debet opportuna solertia ministrare, multo magis his, qui religiosam vitam ducunt, et omnipotenti Domino familiarius adhaerere videntur, id ipsum convenient propensius impertiri. Quia ergo, dilecti in Domino filii, juxta regulam Beati Augustini vivere decrevistis, et in loco, ubi steterunt pedes Domini, adorantes, apud gloriosum sepulcrum ejus, in quo triduo corporaliter requievit, et alia sacratissima loca, in quibus Redemptor mundi pro salute nostra vincula, flagella, crucis ignominiam, vulnera mortemque sustinuit, regulatiter militatis, majori vos benevolentia et gratia dignos esse censemus, et paternis vos affectibus voluntus conuovere. Vestris igitur postulationibus debita

A benignitate accommodantes assensum, sacrosanctam Ecclesiam Sancti Sepulcri, in qua, divinis obsequiis insistentes, passionem Dominicam et victoriōsisissime crucis triumphum assidue oculata sive recolitis, necnon etiam personas vestras sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti paginam communimus; statuentes ut quæcunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum canonice possidet, quæcunque etiam ab egregiæ memorie viris, duce videlicet Godofrido et utroque Balduno atque Fulcone regibus, Arnulpho quoque et aliis patriarchis, eidem loco justa collata sunt, aut in posterum a patriarchis vel aliis Dei fidelibus rationabiliter conferuntur, firma vobis et illibata permaneant. In quibus

B hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: vide-licet medietatem cunctarum oblationum, quæ ad sepulcrum Domini offeruntur; oblationes quoque Crucis, nisi in sola die sancti parasse, aut si patriarcha eam secum detulerit pro aliqua necessitate; decimas Hierosolymitanæ civitatis et locorum adja-centium, exceptis decimis fundæ, et dimidiis partem beneficij a rege pro cambio episcopatus Bethlebe-mitici tradito, quemadmodum omnia in bona memoriæ Arnulfi patriarchæ concessionis et confirmationis pagina distinguuntur; ex ipsis etiam patriarchæ concessione ecclesiam Sancti Petri in Joppem cum honoris et dignitatis suæ integritate. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eamdem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temera-riis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodiis profu-tura, salva reverentia et auctoritate sanctæ Romanae Ecclesiæ et patriarchali dignitate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communi-cta, si non satisfactione congrua emendaverit, po-testatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultiionis sub-jaceat; cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ [actionis] percipiant, et apud distri-ctum judicium premia æternæ pacis inveniant. [Amen.]

Ego Lucius, catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Conradus, Sabi[n]ensis episcopus subscripsi.

Ego Teodosinus, Sancte Rufiæ episcopus, subscripsi.

Ego Petrus, Albanensis episcopus, subscripsi.

Ego Gregorius, presbyter cardinalis tituli Calixti, subscripsi.

Ego Guido, presbyter cardinalis tituli Sanctorum Laurentii et Damasi, subscripsi.

Ego Aribertus, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Anastasie, subscripsi.

Ego Julius, presbyter cardinalis tituli Sancti Marcelli, subscripsi.

Ego Gregorius, diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi, subscripsi.

Ego Guido, diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani, subscripsi.

Ego Octavianus, diaconus cardinalis Sancti Nicolai in carcere Tulliano, subscripsi.

Ego Gregorius, diaconus cardinalis Sancti Angelii, subscripsi.

Ego Astaldus, diaconus cardinalis Sancti Eustachii juxta templum Agrippæ, subscripsi.

Ego Berardus, diaconus cardinalis sanctæ Romanæ Ecclesiæ, subscripsi.

Data Roma, per manum Baronis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconi, xviii Kalendas Octobris, indictione viii, Incarnationis Dominice anno 1144, pontificatus vero domni Lucii papæ II anno primo.

#### LXIV.

*Ad Petrum Cluniacensem abbatem. — De sua aegritudine, et tregua cum rege Siciliæ inita.*

(Anno 1144, Sept. 22.)

[MANSI, Concil., XXI, 608.]

**LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio PETRO Cluniacensi abbati; salutem et apostoli-  
cam benedictionem.**

Dilectionis tñæ litteræ debitas benignitate suscepimus, et petitiones tuas, quæ nobis et fratribus nostris rationabiles visæ sunt, libenter admisisimus. De statu vero nostro te sollicitum cognoscentes, scire te volumus quia omnipotens Dominus sua nos gratia visitavit, castigans castigavit, sed morti non tradidit. Per ipsius misericordiam convalescimus, et pristinam sanitatem in brevi nos recepturos speramus. Ad colloquium regis Siciliæ condescendimus; et quia ad honorem Dei et Ecclesiæ suæ firmam pacem cum eo facere non potuimus, instanti tamen ipsius violentia nos cogente, treguam cum eo compoñimus. Placet autem nobis ut, sicut litteris tuis significasti, tredecim de fratribus tuis, quam citius poteris ad nos transmittas: quia nos, Domino auxiliante, eos honeste recipere, et ad honorem Dei et Cluniacensis Ecclesiæ collocare curabimus. Sanctam congregationem vestram pro nobis orantem gratia divina custodiat, et ab omnibus peccatis absolvat. Datum Laterani, decimo Kalendas Octobris.

#### LXV.

*Honorarii S. Mariæ Ebronensis protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat, petente Hugone archiepiscopo Turonensi.*

(Anno 1144, Nov. 4.)

[Institut des provinces de France, 2<sup>e</sup> série, instrumen-  
ta, tom. I, p. LXXIX. 1<sup>o</sup> chartulario Ebro-  
nensi.]

**Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis  
PATROL. CLXXIX.**

A filiis GAUFRIDO abbati Ebronensis monasterii, ejusque fratribus tñi præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Desiderium quod a religiosis ad religionis propo-

sitioni animarum salutem pertinere monstratur, ani-

mo nos debet libenti concedere et petentium desi-

deriorum congruum impetrari suffragium. Eapropter,

dilecti in Dominó filii, venerabilis fratris nostri Hu-

gonis Turonensis archiepiscopi metropolitani vestri,

religiosorum quoque virorum Garnerii abbatis et

fratrum Majoris Monasterii precibus inclinati, ve-

stris justis postulationibus clementer annuimus, et

Beatae Dei genitricis semperque virginis Matie Ebronensem Ecclesiam in qua divino mancipali

estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione

suscipimus, et præsentis scripti privilegio communici-

mus, statuentes ut quascunque possessiones, que-

cunque bona eadem ecclesia impræsentiarum justæ

et canonice possidet, aut in futurum concessione

pontificum, largitione regum, vel principum obla-

tione, seu alii justis modis, Deo propicio, poterit

adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illi-

bata permaneant. In quibus hæc propriis duximus

exprimenda vocabulis: ecclesiam Sancti Martini in

Ebronensi burgo sitam, cum omnibus suis peri-

nentiis; ecclesiam Sancti Martini de Monte-Securo; ecclesiam

Sancti Georgii de Gesna; ecclesiam Sancti Petri de Chaalon; ecclesiam de Basogia de Monte-Pinsonis;

ecclesiam Sanctæ Mariæ de Bedisco; ecclesiam

Sancti Gervasii de Campo Genestoso; ecclesiam

Sancti Nicolai de Trabant; ecclesiam Sancti Petri de

Islaico, ecclesiam Sancti Martini de Castris; eccle-

siam Sancti Martini de Curis; ecclesiam Sancti Mar-

tini de Lunayo; ecclesiam Sancti Dionysii de Orcis;

ecclesiam Sanctæ Susannæ. In supradictis vero ecclesiis, consuetudines quæ circades vocantur, et de sy-

nodiis episcopalem partem a Cenomanensisibus episco-

pis vobis canonice concessas. Cœnobium ipsum cum

adjacenti burgo; ecclesiam Sancti Martini de Campis in eodem Burgo sitam; ecclesiam Sancti Petri de

Tortiaco; ecclesiam Sancti Leodegarii de Vivariis;

ecclesiam Sancti Petri de Vulteriaco; ecclesiam

Sancti Generati, ecclesiam de Campo-Aionis; ca-

pellam de Tilliaco; ecclesiam Sancti Supiti de Vegia;

ecclesiam Sancti Leodegarii; ecclesiam Sancti Xisti de

Capella; ecclesiam Sancti Gervasii de Breia; ecclesiam Sancti Paduini de Campis; ecclesiam

Sancte Germanæ; ecclesiam Sancti Martini de Araoche;

ecclesiam Sancti Frontonis de Mezengiaco; ecclesiam

Sancti Christophori; ecclesiam Sanctæ Mariæ de

Cambiacio; ecclesiam Sancti Petri in eadem villa

sitam; ecclesiam sancti Germani de Hatevella; ca-

pellam Sancti Audioeni; capellam Sancti Treicci;

capellam Sancti Giraldi; capellam Sanctæ Mariæ de

Barben; ecclesiam Sancti Cypriani de Baconeria;

ecclesiam de Andoliaco; ecclesiam de Intramis;

ecclesiam de Ruilliaco; ecclesiam de Frumenterii;

ecclesiam Sancti Martini de Agniculo; ecclesiam

Sancti Martini de Bosco; ecclesiam Sancti Symphoriani de Martigniaco; Capellam Sancti Martini de Cadurcis; capellam sancti Vigoris de Mengniaco; ecclesiam de duabus Avallis; ecclesiam S. Audoeni; ecclesiam Sanctæ Mariæ de capella; capellam Sanctæ Mariæ de Lynceio; ecclesiam Sancte Mariæ de Chimiriaco (*alias* Chimeriaco); ecclesiam de Moolayo; ecclesiam Sancti Petri de Chama; ecclesiam Sancti Stephani de Thorigniaco. Jus vestrum in ecclesia de Nova Villula, decimæ quas habetis in parochia de Pareneio; in parochia de Ameneio, in parochia de Tanneia; in parochia de Courcite; in parochia de Parenxis; in parochia de Cigneio; in parochia Sancti Joannis super Arvam, capellam Sanctæ Mariæ in Campo Divino.

**S**anximus etiam ut presbyteri qui parochialibus vestris ecclesiis deserviunt, juxta decretum prædecessoris nostri bonæ memorie Urbani papæ de cura plebis, episcopo rationem reddant, vobis autem pro rebus temporalibus debitam subjectionem exhibeant.

**P**orro, quoniam in damnum antiquarum ecclesiarum novæ ecclesia vel capelle non debent construi, prohibemus ut nullus intra parochias vestras novam ecclesiam vel capellam aedificare præsumat.

**P**raeam vero illam consuetudinem ex qua archidiaconi vel clerici ip. substitutione abbatis vestri monasterii centum solidos a vobis exigunt, omnimodis abolemus, et ne quis eos de cætero dare vel exigere audeat, auctoritate apostolica prohibemus. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur; sed licet vobis communi consilio, vel partis consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam absque ullius contradictione abbatem eligere.

**D**ecernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfatum eonobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva apostolicæ sedis auctoritate, et diœcesanis episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire temere tentaverit, secundo tertiove communione, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate caret, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniuitate cognoscet, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

**A**Datum Lat. per manum Baronis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconi, II Nonas Novembris, indictione VII, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II, papæ anno 1.

## LXVI.

**Bulla pro confirmatione monasterii S. Mariæ Roggenburgensis.**

(Anno 1144, Nov. 7.)

[Itago Annal. Præn., II, 435.]

**L**ucius episcopus, servus servorum Dei, dilectus filio GERUNGO præposito de Roggenburg, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

**G**Apostolici moderaminis culmine convenit religiosos diligere, et eorum loca pia protectione munire. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut, qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eos a pravorum hominum nequitia tueamur, et apostolicæ sedis patrocinio soveainus. Eapropter, dilecti in Domino filii, venerabilium fratrum nostrorum, Gualteri Augustensis et Conradi Curiensis episcoporum precibus inclinati, vestris justis postulationibus clementer annuinus, et beatae Dei genitricis semperque virginis Mariæ et Sancti Augustini Ecclesiam in Roggenburg, in qua diviso mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, et quaecunque bona impræsentiarum juste et canonicæ possidetis, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu alii justis modis, Deo proprio, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Adjicinus etiam ut ordo canonicus qui, secundum B. Augustini regulam in eodem loco, et institutionem Praemonstratensium noscitur insitutus, ibidem perpetuo teneatur. Nec alicui fratribus licet post factam ibi professionem, absque præstigiis sui licentia de claustro discedere; discedentes vero nullus episcoporum vel abbatum suscipere audeat, vel retinere. Sane de laboribus, quos propriis manibus sumptibusque colligitis, sive etiam de nutrimentis animakum vestrorum, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci præposito, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres, aut fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et B. Augustini regulam sibi providerint eligendum. Licet autem vobis in parochialibus Ecclesiis, quas tenetis, de fratribus vestrīs, sive de aliis, sacerdotes constituere, quibus, si idonei fuerint, episcopi parochiæ curam consensu vestro committant, ut ejusmodi sacerdotes de plebis quidem cura episcopo rationem reddant, vobis autem pro temporalibus debitam subjectionem exhibeant. Ad indicium autem, quod idem locus, præfato fratre nostro Cor-

trado episcopo et fratribus ejus, Sigefredo scilicet A et Bertholdo, beato Petro oblatu sit, et sub ipsius protectione consistat, bisantium aureum nobis nostrisque successoribus annualiter persolvet. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefata Ecclesiæ temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conterventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva apostolicæ sedis auctoritate, et diœcensi episcopi canonica reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio communita, si satisfactione congrua non emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius catholicae Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripti.

Ego Gregorius presbyter cardinalis subscripti.

Ego Theodoguidus Sylvæ candidæ episcopus G subscripti.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus subscripti.

Datum Laterani per manum Baronis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconi, vi Idus Novembbris, inductione viii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero Lucii II papæ anno primo.

#### LXVII.

*Monasterium Stabulense sub sua protectione suscipit, firmatque ejus privilegia.*

(Anno 1144, Nov. 10.)

[MARTENE, Ampl. Collect., II, 121.]

LECIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis WIBALDO Stabulensi abbatii, ejusque fratribus D tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Apostolici moderaminis clementiae convenient religiosos diligere, et eorum loca pin protectione munire, etc., ut in privilegio Cœlestini secundi papæ sub num. 21 hujus voluminis col. 785.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Theodevinus Sanctæ Rusinæ episcopus.

Ego Petrus Albanensis episcopus.

Ego Gregorius presbyter cardinalis titulo Ca lixi.

Ego Giselbertus presbyter cardinalis titulo Sancti Marci.

A Ego Ubaldus presbyter cardinalis titulo Sanctæ Crucis.

Ego Hugo sanctæ Romanae Ecclesiæ presbyter titulo Sancti Laurentii in Lucina.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosimæ et Damiani.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus.

Ego Petrus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Portici.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sancti Angelii.

Ego Johannes diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ Novæ.

Ego Gerardus diaconus cardinalis sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Datum Laterani per manum Baronis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconi, iv Idus Novembbris, inductione viii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii secundi papæ anno primo.

#### LXVIII.

*Ad S. Bernardum Claræval. abbatem. — Ut moneat Nivernensem comitem ne quid præter fas a Vizeliacensibus exigit.*

(Anno 1144, Nov. 19.)

[MANSI, Concil., XXI, 614.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio BERNARDO Clarævallensi abbatii, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectionem tuam ignorare non credimus, quod Vizeliacense monasterium B. Petri juris existit, et ad ejus proprietatem et defensionem specialiter pertinet. Nunc autem, sicut accepimus, G. Nivernensis comes contra justitiam, et sedis apostolicæ auctoritatem a dilecto filio Pontio ipsius loci abbate violenter exigit ut de qualibet querimonia in persona sua cum hominibus suis in curia sua respondeat. Quod quidem nec ipse abbas, nec præbites sores sui hactenus fecisse noscuntur. Ideoque per apostolica tibi scripta mandamus, quatenus eumdem comitem ex nostra parte diligenter commoneas, ut pro B. Petri reverentia, cuius juris idem monasterium esse dignoscitur, ab hujusmodi exactione desistat, aut in praesentia venerabilium fratrum nostrorum A. Hostiensis, et I. Tuscul. episcoporum, apostolicæ sedis legatorum, juxta tenorem sedis apostolicæ privilegiorum, quod justitia dictaverit, ab eodem abbatie recipiat. Quod si hoc recipere noluerit, ipsum monasterium tam injuste opprimi pati non poterimus; et quod nostri interest offici, auctore Domino faciemus.

Datum Later., viii Kal. Decembbris.

## LXIX.

*Monasterii Omnim Sanctorum Barensis possessiones et privilegia confirmat.*

(Anno 1141, Nov. 25.)

[UCELLI, *Italia sacra*, VII, 620.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis NICOLAO abbati venerab. monasterii, quod Omnim Sanctorum dicitur in loco Cuti in Barensi suburbio, sive ejus fratribus, tam presentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, animos decet libenti concedere, et potentium desideriis congruum impetrari suffragium. Quamobrem, dilecte in Christo fili Nicolae abbas, quem per Dei gratiam in abbatem benediximus, Omnim Sanctorum monasterium, cui Domin. auctoritate praesides, ad exemplar prædecessoris nostri felicis memorie papæ Callisti apostolicæ sedis privilegio communimus. Omne siquidem quietis et libertatis provisionem, quam bonæ recordationis Ursus, et Elias Barensis Ecclesiæ præsules eidem mortuo contulerunt, et dominus prædecessor noster sanctæ mein. Paschalis papa firmavit, nos quoque presentis scripti pagina confirmamus, ut videlicet locus ipse cum rebus omnibus ad eum justè pertinéntibus a domino, vel oppressione eujustlibet hominis liber debeat permanere, nec ullus ecclesiæ Barensis antistes, aut alias quod absit! temerarius audeat eidem cœnobio excommunicationem inferre; neque personis, aut rebus ejus aliquo citra justitiam modo molestiam, aut controvèrsiam irrogare. Ordinationes aut clericorum, et Ecclesiæ consecrationes gratis, seposita pravitate, et omni exactione concedat. Missas sane illic publicas per episcopum fieri præter abbatis et fratrum voluntatem omnimodis prohibemus ne servorum Dei recessibus popularibus occasio præbeatur ulla conventibus. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus alii qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi que in fratres communī consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, et B. Benedicti Regulam providerint eligendum. Cui, si qua gravior causa evenerit, libere licet apostolicæ sedis audientiam appellare. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum justæ et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam Sancti Nicolai de Pazzar, ecclesiam Sancti Laurentii de Anto, monasterium puellarum Sancti Procopii de Sao, et ecclesiam sanctorum apostolorum Simonis et Judæ extra muros; Ecclesiam Sancti Sebastiani cum omnibus earum pertinentiis.

A Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præstatu monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatis retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salvo nimis iuri omnibus jure, et auctoritate sanctæ Romanae Ecclesiæ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonita, extremo si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniunctitate cognoscat, et a sacratissimo corpore Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena sit, atque in examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius Catholice Ecclesiæ episc.

Ego Conradus Sabinen. episc.

Ego Theodewinus Silvæ Candidæ episc.

Ego Petrus Albanen. episc.

Ego Petrus diacl. card. S. Mariæ in Porticu.

Ego Guido in Rom. Ecclesiæ altaris minister dign.

Datum Laterani per manum Bosonis, sanctæ Romane Ecclesiæ subdiaconi, vii Kalend. Decembris, indict. viii, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno 1.

## LXX.

*Bulla pro abbacia Classensi S. Apollinaris.*

(Anno 1144, Nov. 29.)

[Annal. Camaldul., III, 411.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Henrico abbati monasterii Sancti Apollinaris in Classe ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratius aliquando apostolicus imperditur famulatus, nisi ex charitatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Oportet igitur omnes Christianæ fidei amatores religionem diligere, et loca venerabilia cum ipsis personis divino servitio mancipatis attentius confusvere, ut nullis pravorum hominum inquietentur molestiæ, vel importunis angariis fatigentur. Eapropter, dilecte in Domino fili Henrice abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et præstatum monasterium, cui, Deo auctore, præesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem

monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant : in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis : in Marchbia cellas quinque, quarum una est ædificata in honore Sanctæ Mariæ cum castro ibi fundato, quod nominatur Frasta, cum capellis, villis et omnibus sibi pertinentibus; alia in honore Sancti Martini similiter cum castro sibi subjacente cum capellis, villis et omnibus sibi pertinentibus; tertia in honore Sancti Apollinaris in Rotundo cum omnibus ad se pertinentibus; quarta in honore Sancti Viti cum omnibus sibi adjacentibus. Item duobus castris et insula quæ vocatur Colles cum capellis, villis et omnibus sibi pertinentibus. In civitate Fanense ecclesia Sancti Apollinaris cum omnibus ad eam pertinentibus. In comitatu Sene-galliae ecclesia Sanctæ Mariæ in Scot cum pertinentiis suis. Quidquid etiam habetis in comitatu Firmano, Pesariensi, Ariminensi, Ravennati, Faventino, Cornelensi, Populensi, Liviensi, Sarsenatæ, Ferentano, Eugubino cum rebus et possessionibus suis. . . . quemadmodum a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus statutum est, et scriptis eorum firmatum, solidum auri nobis nostriisque successoribus annis singulis censualiter persolvetus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præstatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis igitur hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultiōi subjaceat. [Cunctis autem eidem loco justa servitibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

OSTENDE NORIS, DOMINE, MISERICORDIAM TUAM.

Ego Lucius Catholicae Ecclesiæ episcopus ss.

Ego.....

Ego Petrus Albanensis episcopus ss.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tituli Calixti ss.

Ego Rainierius presbyter cardinalis tit. Sanctæ Priscae ss.

Ego Nicolaus presbyter cardinalis tit. Sancti Cyriaci ss.

Ego Hugo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter tit. Sancti Laurentii in Lucina ss.

A Ego Julius presbyter cardinalis tit. Sancti Marcelli ss.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Crucis in Jerusalem ss.

Ego Gregorius diaconus card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido diaconus card. Sanctorum Cosmæ et Damiani ss.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris.

Ego Petrus diaconus card. Sanctæ Mariæ in Porticu ss.

Ego Rodulfus diaconus card. Sanctæ Luciae in Septa Solis ss.

B Ego Astaldus diaconus cardinalis Sancti Eustachii ss.

Ego Joannes diaconus cardinalis Sanctæ Mariae Novæ ss.

Ego Berardus diaconus cardinalis Sanctæ Romanae Ecclesiæ ss.

Datum Laterani per manum Brunonis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconi, in Kalend. Decembbris, inductione viii, Incarnationis Dominicas anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno primo.

Exemplata anno 1294 a Villielmo Marcho et Braucha notariis Foroliviensibus.

## LXXI.

*Privilegium pro ecclesia S. Mariae Ilbenstadensi.*

(Anno 1144, Dec. 2.)

[Hugo, *Annal. Praem.*, I, 654.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectus filius ANTONIO Elvestadensi præposito ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vita n professis, in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, et potentium desideriis congruum impetriri suffragium. Esapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et B. Dei genitricis semperque virginis Mariae Elvestadensem ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quacunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessiones pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In villa Eberbach censem unius mansi vinearum, et in Attavilla censem dimidii mansi quam frater noster Henricus Moguntinus archiepiscopus vobis donavit, et scriptio sua firmavit. Prohibemus autem ut ejusdem loci advocati nullus sibi usurpare liceat; sed sicut hactenus ab omni advocate libera et quieta de cætero maneat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum

liceat præfalam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnino profutura, salva apostolicæ sedis auctoritate, et diocesanæ episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertioe commonita; si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena sit, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Baronis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconi, iv Nonas Decembris, indict. vii, Incarnationis Dominicæ 1144, pontificatus vero domini Lucii papæ II anno 1.

#### LXXII.

*Privilegium de ecclesiis episcopo Parisiensi subjectis et de libertate supellectilium decadentis episcopi a Christianissimo rege Ludovico concessa.*

(Anno 1144, Decemb. 5.)

[*Cartulaires de Notre-Dame de Paris*, t. I, p. 25.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri THEOBALDO, Parisiensi episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Quanto nobis et gloria Parisiensis Ecclesia pro sede regis Francorum existit famosior, et in amore et reverentia beati Petri et sanctæ Romanæ Ecclesiæ, venerabilis frater Theobalde, manifestis argumentis exstat devotior, tanto propensius, in his quæ ad utriusque decus et emolumenntum spectare noscuntur optata suffragia impertimur. Ideoque, charissime frater Theobalde, rationabilibus postulationibus tuis præbentes assensum, quæcumque Parisiensis ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis justis titulis, Deo propitio, poterit adipisci, tibi tuisque successoribus, et per vos, Parisiensi ecclesiæ apostolici munimini privilegio communimus. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam videlicet Sancti Marcelli, ecclesiam Sancti Clodoaldi cum villa et omnibus appenditiis suis, ecclesiam Sancti Germani Altissiodorensis, ecclesiam Sancti Eligii; ecclesiam quoque de Campellis cum præbendis et tribus parochiis, id est, de Sancto Mederico, de Capella et de Karris eidem ecclesia pertinentibus, salvo nimirum censu duorum solidorum monetæ illius terræ, videlicet quæ in partibus illis expenditur,

A Senonensi Ecclesiæ annualiter persolvendo; quæ videlicet supradictæ ecclesiæ ad jus et proprietatem Parisiensis episcopi spectare noscuntur. Jus etiam episcopale in subscriptis abbatiis, et earum parochiis seu parochianis omnibus, videlicet, in abbatia Latiniacensi, in abbatia Fossatensi, in abbatia Sancti Maglorii, in abbatia Sancti Victoris, in abbatia vallis Sanctæ Marie, in abbatia de Sarneia, in abbatia sanctimonialium de Monte-Martyrum, de Edera et de Kala; in ecclesia super Argenteoli. Præterea pactum et conventionem inter te et charissimum filium nostrum Ludovicum, regem Francorum illustris memoriam factam, de loco in suburbio Parisiensi sito, qui Campellus nominatur, tibi nibilominus confirmamus; ita, videlicet ut tercia pars totius redditus Fossati illius terræ, sive in censu seu in emptionebus, venditionibus, questibus aut aliis quibuscumque modis aliquid inde processerit, tibi et successoribus tuis, absque diminutione aliqua, persolvatur: Duæ vero reliquæ partes regali fisco redantur. Quicunque vero fuerit præpositus regis, super hoc fidelitatem tibi tuisque successoribus faciat, et tuus, regi et hereditibus suis; et unus absque altero nihil de terra illa suscipiat vel disponat. Statuimus etiam ut, si aliquis Ecclesiæ Parisiensis canonicus, ad episcopatum fuerit honorem promotus, ipsius præbenda ad Parisiensem Ecclesiam libere revertatur. Apostolica quoque auctoritate interdicimus, ut supellectilem decadentis episcopi Parisiensis nullus omnino diripiatur, sed ad opus ecclesiæ et successoris sui illibata permaneat, sicut a Ludovico, illustri Francorum rege, concessum est, et scripto tuo firmatum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, te vel successores tuos, super hac nostra confirmatione temere perturbare, vel possessiones Ecclesiæ Parisiensis auferre, vel ablatas retinere, seu quibuslibet molestiis fatigare. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularis persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertioe commonita, nisi præsumptionem suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena sit, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen. Hic subscriptiones cardinalium.

Datum Laterani per manum Baronis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconi, Nonis Decembris, inductione viii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii papæ II anno primo.

## LXXXIII.

**Monasterium Savigniense sub sua suscipit protectione,  
ejusque possessiones confirmat.**

(Anno 1144, Dec. 5.)

[*MARTENE, Ampl. Collect., I, 775.*]

**LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis  
filiis SERLONI abbati S. Trinitatis Savigneil mona-  
sterii ejusque fratribus tam præsentibus quam futu-  
ris regularem vitam professis in perpetuum.**

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenter concedere, et potentium desideris congruum impetrari suffragium. Eapropter, dilecte in Domino filii Serlo abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus et monasterium S. Trinitatis, cui, Deo auctore, præesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et rationabiliter possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ex dono Radulfi Filgeriensis et Henrici filii ejus forestam Savigneil cum omnibus appenditiis suis et molendinum de Romanico. Ex dono Henrici regis Anglorum apud Abrincas vineam de Campo-Bedri cum appenditiis; et in foresta de C Passeis locum de Frenusia cum terra de Moreth, et locum de Sancto Alveo cum terra de Bello-Campo et locum de Domino Petro cum omnibus ad predicta loca pertinentibus, et in eadem foresta de Passeis pasnagium et herbagium cum cæteris consuetudinibus, et in aliis forestis suis pasnagium, et in tota terra sua et in portibus maris quittantium thelo-neorum et omnium consuetudinum . . . præterea de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis vestrorum animalium, a quolibet clero sive laico decimas exigi prohibemus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, seconde tertioe commonita, si non satisfactione congrua correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultiæ subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri

A Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

[*OSTENDE NOBIS MISERICORDIAM TUAM.*]

[*S. PETRUS. S. PAULUS. LUCIUS PAPA II.*]

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Couradus Sabinensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido diaconus cardinalis SS. Cosmæ et Damiani ss.

Ego Petrus Albanensis episcopus ss.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tituli Calixti ss.

Ego Rannerius presbyter cardinalis tit. Sanctæ Priscae.

Ego Guido presbyter cardinalis tit. SS. Laurentii et Damasi ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Angeli.

Datum Laterani per manum Baronis, sanctæ Romanae Ecclesiæ subdiaconi, Nonas Decembbris, indict. viii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno primo.

## LXXXIV.

*Privilegium pro abbatia S. Martini de Campis.*

(Anno 1144, Dec. 5.)

[*MARRIER, Hist. de Saint-Martin des Champs, p. 76.*]

**Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Odoni priori S. Martini de Campis, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.**

Ad hoc nobis Ecclesiæ catholicæ cura summo pastore Deo commissa est, ut Dei servos paternis affectibus diligamus, et eo amplius studeamus ipsorum devotionem modis omnibus confovere, quo ferventius ipsi disciplinis ecclesiasticis et sanctorum Patrum Regulis inhærere noscuntur. Tunc enim Deo gratius apostolicus impenditur famulatus, si sanctorum locorum salubris institutio, rigor et ordo nostris patrociniis in religionis puritate fuerint conservata. Eapropter, dilecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri Theobaldi Parisiensis episcopi, qui per Dei gratiam eidem loco utiliter præfuisse dignoscitur, precibus inclinati vestrīs justis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam B. Martini in qua divino mancipatis obsequio sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et capouice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis : In episcopatu Exoniensi, ecclesiam S. Jacobi, et ecclesiam Sancti Petri de Wertonie, cum capellis, terris et omnibus pertinentiis suis; terram de Cothelecia et de Raimeilia; in episcopatu Ambianensi, ecclesiam S. Gervasii

de Euchra cum capellis et omnibus pertinentiis suis. **A** In episcopatu Atrebatensi, ecclesiam de Passu cum capel's et omnibus pertinentiis suis. In archiepiscopatu Senonensi, in ecclesia S. Mariæ de Stampis, præbendam unam. In episcopatu Parisiensi, in ecclesia beatæ Mariæ, præbendam unam. In ecclesia S. Genovæ, præbendam unam. In episcopatu Belvacensi, ecclesiam de Prateriis. In episcopatu Calauensi, ecclesiam de Wale-Monte, ecclesiam de Frisivilla cum capella, ecclesiam de Nigro loco, ecclesiam de Espancis, ecclesiam de Verreriis; capellam secus castrum domini Petri in Estannejo, cum omnibus earum pertinentiis.

Porro locus ipse in obedientia et subjectione abbatis Cluniacensis, ad cuius jus pertinere dignoscitur, cum omnibus quæ ad ipsum pertinent, perpetuo pianeat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerarii vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum suætentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omniummodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et dioecesani episcopi canonica Justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena sit, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit Pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud distretum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Theodewinus S. Rusinæ episcopus.

Ego Petrus Albanensis episcopus.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tituli Calixti.

Ego Rainierius presb. card. tituli S. Priscae.

Ego Guido presbyt. card. tituli SS. Laurentii et Damasi.

Ego Nicolaus presbyt. card. tituli Sancti Ciriaci.

Ego Mansfredus presb. card. tituli S. Savinæ.

Ego Hugo presb. card. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Julius presb. card. tit. S. Marcelli.

Ego Gregorius diaconus card. SS. Sergii et Bacchi.

Ego Guido diac. card. SS. Cosmae et Damiani.

Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in carcere Juliano.

Ego Rodulphus diac. card. S. Lucia in Septa Solis.

Ego Joannes diac. card. S. Adriani.

Ego GG. diac. card. S. Angelii.

Ego Astaldus diac. card. S. Eustachii.

Ego Joannes diac. card. S. Marie Novæ.

Ego Bernardus diac. card. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Data Laterani per manum Baronis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconi, Nonis Decembbris, indictione viii, Incarnationis Dominice anno 1144, pontificatus vero domini Lucii secundi papæ anno primo.

### LXXV.

*Ad Henricum Fulgerensem et Juhelum de Meduena,  
— Commendat eis monachos Savigniacenses.*

(Anno 1144, Dec. 7.)

[MARTENE, Thesaur., I, 396.]

**B** Lucius episcopus, servus servorum Dei, nobilissimus viri HENRICO Fulgerensi, et JUHELLO Meduanensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Gratum nobis est quod religiosos fratres Savigniensis monasterii, sicut dilecto filio nostro Serlone abbate referente cognovimus, in terra potestatis a Deo vobis commissa juvalis et mauutenetis, et de facultatibus vobis a Deo commissis optata eis solertia ministratis. Quia igitur non incipisse, sed persecuisse virtutis est, per apostolica scripta vobis mandamus, atque in peccatorum remissionem injungimus quatenus, juxta bonum initium, locum, et fratres ibidem Domino servientes, ab omnibus injustis calumniis et oppressionibus defendatis, et ad ejusdem loci segmentum studiosius intendatis. Sic enim et in futura semipaternam a Domino retributionem promereri poteritis, et in presenti bonorum temporalium abundanti et incrementum honoris obtinere.

Datum Laterani, vii Idus Decembbris.

### LXXVI.

*Privilegium pro ecclesia B. Mariæ de Reno.*

(Anno 1144, Dec. 27.)

[TROMBETTI, Memorie Stor. di Reno, Appendix  
p. 363.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectus Aliis Guidoni priori ecclesiæ Beatæ Mariæ de Reno, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris canonicæ substituendis in perpetuum.

Apostolici moderaminis clementiae convenit religiosos diligere, et eorum loca pia protectione manuere. Dignum namque est et honestati convenienter esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiæ regnum assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et apostolicæ sedis patrocinio levemus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et praestata ecclesiæ in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar prædecessoris nostri felicis memorie papæ Innocentii II, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes ut ordo canonicus secundum beati Augustini Regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quæcunque possessiones, quæcunque bona

in presentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidellum, sive aliis justis modis, Deo propitio, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, Prohibemus quoque ut nullus fratrum post factam ibidem professionem, absque prioris totiusque congregationis permissione, ex eodem claustro audeat discedere: discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus omnino suscipiat. Clericos vero, sive laicos liberos, seculariter viventes ad conversionem suscipiendi absque alicuius contradictione facultatem liberam habeatis, Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere praesumat. Oleum vero sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diecēsano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, et ea gratis et absque pravitate aliqua vobis exhibere voluerit: aliquin licet vobis catholicum quemcumque malueritis adire antistitem, qui nimur nostra fultus auctoritate, quod postula, tur indulget. Obeunte vero te nunc ejusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, sed licet vobis communi consilio et pari consensu, vel parti consilii senioris, secundum Dei timorem et B. Augustini Regulam absque ullius contradictione priorem eligere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obstat; salva tamen matricis ecclesiæ justitia. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præstatam ecclesiam temere perturbare, aut ipsius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva tamen diecēsanī episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiasticae singularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam tenere venire tentaverit, secundo tertioe commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetratâ iniuitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena sit, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum honœ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveneriant. Amen.

OSTENDE NOBIS, DOMINE, MISERICORDIAM TUAM.

Ego Lucius Catholice Ecclesiæ episcopus ss.

A Ego Theodewinus Sanctæ Rusticæ episcopus ss.  
Ego Petrus Albanensis episcopus ss.  
Ego Gregorius presbyter cardinalis tituli Calixti ss.  
Ego Rainerius presbyter cardinalis tit. Sanctæ Priscæ ss.

Ego Thomas presb. cardin. tit. Vestinæ ss.  
Ego Manfredus presb. card. tit. Sanctæ Savinæ ss.  
Ego Hugo sancte Romanæ Ecclesiæ presbyter tit.

S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Otto diaconus cardin. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diacon. cardin. Sanctorum Cosmae et Damiani ss.

Ego Rodulphus diacon. cardin. Sanctæ Lucia in Septa Solis ss.

Ego Gregorius diac. card. Sancti Angeli ss.

Ego Joannes diac. card. Sanctæ Marie Novæ ss.

Ego Astaldus diacon. card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ ss.

Ego Hyacinthus diac. card. Sancte Marie in Cosmedyn ss.

Ego Beraldus diac. card. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ss.

Datum Laterani per manum Baronis, sanctæ Romanae Ecclesiæ subdiaconi, vi Kal. Jan., indict. viii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno primo.

### LXXVII.

*Ad Alvisum episcopum Atrebensem.*

(Anno 1144, Dec. 27.)

[BALZ., *Miscel.*, II, 167.]

C LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ALVISO Atrebensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Litteras tuas debita benignitate suscepimus, ut-pote quia personam tuam ante pontificale officium vera in Domino charitate dilexiimus, et nunc ampliori affectu diligere volumus et in quibus secundum Deum possumus honorare. Tua itaque interest tam in pace inter charissimos filios nostros Ludovicum Francorum regem et Theodoricum comitem componenda et aliis quæ ad honorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ spectare cognoveris studiose intendere, ut Deus exinde honoretur, et eadem mater tua sancta Romana Ecclesia de tuis bonis actibus gratuletur.

Datum Laterani, vii Kal. Januarii.

### LXXVIII.

*Privilegium pro monasterio Sancti Magni Ratisponensis.*

(Anno 1144, Dec. 28.)

[HUNDII, *Metropolis Salzburg.*, III, p. 523.]

E GEBARDO provisor ecclesiæ quæ dicitur ad Ripas, ejusque fratribus regularem vitam professis, tam presentibus quam futuris, in perpetuum.

F Si religiosorum virorum petitiones clementer admittimus nostris procul dubio opportunitatibus benignum ac pium omnipotentem Dominum reperimus. Expropter, dilecte in Domino fili Gebearde, tuis

rationabilibus postulationibus gratum præhemus as-  
sensum, et ecclesiam quæ dicitur ad Ripas cui  
auctore Domino præsides, sub apostolicæ sedis tutela  
et protectione suscipimus, et præsentis scripti  
pagina communimus; imprimis siquidem statuentes  
ut Ordo canonicus qui secundum beati Augustini  
Regulam et fratum Portuensem Institutionem in  
eodem loco noscitur institutus, futuris perpetuisque  
temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea  
quascunque possessions, quæcumque bona eadem  
Ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet,  
aut in futurum concessione pontificum, largitione  
regum vel principum, oblatione fidelium, seu alii  
justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma  
vobis vestrisque successoribus et illibata permane-  
nant. Obeunte vero te nunc ejusdem loci præpo-  
sito, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel vio-  
lentia præponatur nisi quem fratres communi vel  
sanioris partis assensu, secundum Dei timorem et  
Beati Augustini Regulam providerint eligendum.  
Liceat etiam vobis communicato consilio idoneum  
defensorem eligere, qui si inutilis apparuerit et pe-  
stilens effectus æquitate contempta vobis et rebus  
vestris noxiis esse præsumperit, rejiciendi eum  
facultatem liberam habeatis. Nullus quoque ad pu-  
blicas processiones vos invitatos trahere, aut quietem  
vestram quolibet modo audeat conturbare. Sepultu-  
ram vero ipsius loci liberam esse decernimus, ut  
eorum, qui se illi sepeliri deliberaverint, devotioni  
et extrema voluntati, nisi forte excommunicati  
sint, nullus obsistat, salva Ratisponensis Ecclesiæ  
canonica justitia et apostolicæ sedis auctoritate. Si  
qua igitur in posterum ecclesiastica sacerdotalis  
persona, hauc nostræ constitutionis paginam sciens,  
contra eam temere venire tentaverit, secundo ter-  
tiove commonita, si non congrue satisficerit, poten-  
tias honorisque sui dignitate caret, reamque se  
divino iudicio existere de perpetrata iniuitate co-  
gnoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei  
et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena  
sit, atque in extremo examine districtæ ultiioni  
subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura ser-  
vantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus  
et hic fructus bonæ actionis percipient, et apud  
districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.  
Amen, amen, amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Gregorius cardinalis Sanctorum Sergii et  
Bacchi ss.

Ego Thodewinus Sanctæ Rustinæ episcopus ss.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Ve-  
lum Aureum ss.

Ego Guido diaconus card. Sanctorum Cosmæ et  
Damiani ss.

(6) Suessionensis episcopus erat tunc Goslemus  
cujus vicem suppliavit Hugo Turonensis archie-  
episcopus, ut videtur est in nota huius subjecta.

(7) Anno tanDEM 1149 hac controversia finem ac-

A Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere  
Tulliano ss.

Ego Hyacinthus diaconi card. S. Marie in Cos-  
medyn ss.

Ego Thomas presbyt. cardin. tit. Vestinæ ss.

Ego Guido presbyt. card. tit. Sanctorum Laure-  
tii et Damasi ss.

Datum Laterani per manus Baronis, sanctæ Ro-  
manæ Ecclesiæ subdiaconi, v Kalendas Januarii, in-  
dictione viii, Incarnationis Dominiæ anno 1144, pon-  
tificatus vero domini Lucii II papæ, anno i.

### LXXIX.

*Ad Petronillam Fontis-Ebraldi abbatissam. — Si-  
gnificat se controversiam ejus cum Ulgerio, Ande-  
gavensi episcopo dirimendam commissione concer-  
dia vel iudicio delegatis episcopis.*

(Anno 1144.)

[D. BOUQUET, *Recueil, XV, 419.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in  
Christo filiis Petronille abbatissæ et sororibus Fou-  
ntis-Ebraldi, salutem et apostolicam benedictionem.

Etsi, ex injuncto nobis a Domino apostolatus offi-  
cio, venerabilia loca diligere et manuteneare (de-  
beamus), locum vestrum Fontis-Ebraldi, pro reli-  
gione et honestate sua, jamdiu specialiter dilexi-  
mus et diligimus, et in quibus secundum Dominum  
possuimus, vobis providere et jura vestra volu-  
nus illibata servare. Nos quidem petitiones ve-  
stras paterna benignitate recepimus, et de qui-  
busdam, prædecessorum nostrorum tempore, ex  
ipsorum mandato, scipius scripsimus, et sedum per  
eadem scripta, sicut per nuntios vestros intellexi-  
mus, vestram non potuistis obtinere justitiam;  
dignum duximus ut legatis nostris, quos ad partes  
illas mittere disponimus, viva voce præcipiamus et  
querimonias vestras diligenter audiant, et quod  
justitia dictaverit, vobis faciant exhiberi; locum  
quoque vestrum, et quæ ad ipsum pertinent, juvent  
et manuteneant, et potentes personas illius terra  
ad benefaciendum vobis studiose commoneant. De  
caetero dilectioni vestrae notum esse volumus, quod  
de controversia quæ inter vos et venerabilem fra-  
trem nostrum Ulgerium Andegavensem episcopum  
tanto tempore agitata est, paterno affectu dolemus,  
et ut debitum finem obtineat, tam pro vobis quam  
pro fratre nostro libenter operam damus. Inde est  
quod venerabilibus fratribus nostris G [aufrido]  
Burdegalensi archiepiscopo, G [aufrido] Carnotensi,  
B [ernardo] (6) Suessionensi, B [ernardo] Santo-  
nensi, et G [isleberto] Pictaviensi episcopis, per  
apostolica scripta injungimus ut infra quadraginta  
dies, postquam præfatus episcopus a sede apostolica  
redierit, in unum convenient, et eamdem controver-  
siam per concordiam vel iudicium definit (7).  
Eumdem quoque episcopum studiose rogamus, et ro-

cepit, ut ex sequenti patet instrumento : « Ego En-  
gelbaudus, Dei patientia Turonensem humilis mis-  
sler, præsentibus et futuris notum fieri volo, quod  
controversiam quæ diu inter Andegavensem Eccle-»

gando ibi præcipimus ut vos et locum vestrum diligat, juvet et manuteneat, et tam in hoc quam in aliis talem erga vos semetipsum exhibeat, ut gratiam B. Petri et nostram ampliorem acquirat. Tua itaque interest, dilecta in Domino filia Petronilla abbatissa, cum a præfatis fratribus nostris evocata fuerit, ad eos accedere, et quod ipsi super hoc supra dicto modo statuerint, humiliter observare. Præterea, quoniam de vobis valde confidimus, charitatem vestram per omnipotentem Deum deprecamur, ut ipsæ speciales pro me ad Dominum orationes faciat et per omnes congregations vestri ordinis, fieri studeatis.

Datum Laterani, vi Kal.

### LXXX.

*Bulla pro Ecclesia S. Augustini Cantuariensis.*

(Anno 1144.)

[Rer. Anglic. Script., III, 1805.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Hucorum abbati Beati Augustini Cantuariensis ejusque fratribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Venerabilium locorum cura nos admonet de eorum perpetua securitate tractare, et *infra*. Concordiam itaque que inter vos et venerabilem fratrem nostrum Theobaldum archiepiscopum Cantuariensem super l. s. et vii d. quos vestrum monasterium Ecclesie Cantuariensi singulis annis solvere consueverat, sicut per venerabilem fratrem nostrum Henricum Wyntouensem episcopum et alios discretos viros pacis intuitu rationabiliter facta est, apostolica C auctoritate firmamus et ratam manere censemus, ut videlicet ecclesiae S. Trinitatis Cantuariensis duo molendina apud Dovor, quæ juris ipsius erant monasterii, et xx s. de prebenda quam idem monasterium habet in ecclesia Sancti Martini de Dovor, hac conditione ut de cætero memoratos l. s., vii d. non exigat, salva in cæteris utriusque Ecclesiae per omnia dignitate. Statuimus etiam ut in concubinum illorum trium solidorum qui pro pane, potu et arietibus, archiepiscopo et Ecclesiae Cantuariensi a monachis B. Augustini annuatim solvebantur,

siam et monasterium Fontis-Ebraudi cum multis laboribus et innumerabilibus expensis agitata fuerat, tandem, Dei miseratione permittente, ad tranquillitatis portum hoc modo deduximus. Investituram itaque que Turoni a venerabilibus Patribus Hugone Turonensi, Gaufrido Burdegalensi archiepiscopis, Gausfrido Carnotensi, Gilberto Pictaviensi, Bernardo Xantonensi, episcopis, et aliis pluribus personis adjudicata fuit, quam etiam frater noster Ulgerius Andegavensis episcopus concessit, nos vice Andegavensis Ecclesiae monialibus Fontis-Ebraudi concessimus et confirmavimus, ut firmiter deinceps et inconcusse habeant, teneant ac possideant. Ipsæ vero moniales bonam pacem deinceps cum Ecclesia Andegavensi habituras nobis promiserunt et concesserunt. Statuimus autem quod Basletus omnia illa de quibus eum apud Calumnam investivimus, de cætero, salvo jure Andegavensis episcopi, habeat et possideat. Pro recompensatione vero dannorum suorum, quæ se multa et gravia pertulisse conuerebatur, statuimus ut mille solidi Andegavensis moneta ei solverentur. Quod et factum est; et sic, Deo annuente, bona

A sicut pro bono pacis et utriusque ecclesiae quiete, a nobis et fratribus nostris provisum est, quod archiepiscopus præfatus tres solidatas terræ ipsius monasterii recipiat quas Ecclesia Cantuariensis de cætero imperpetuum quiete habeat, ita ut nec eidem archiepiscopo, nec alicui successorum suorum per se sive per ministros suos ab eodem monasterio vel fratribus aliquid exigere licet. Si quis autem contra hæc temere venire præsumperit, nisi tertio comonitus reatum suum digna satisfactione correxit, anathematis gladio scriatur.

### LXXXI.

*Diplomatic fragmentum pro monasterio S. Augustini Cantuariensis.*

B

(Anno codem.)

[*Ibid.*, p. 1806.]

Lucius episcopus servus servorum Dei, etc. . . . Præterea confirmamus vobis Estanoris et totum littus usque ad medietatem aquæ, sicut a bonæ memoriae Henrico et Stephano Anglorum regibus monasterio est concessum, etc... (*Ei hæc bullæ est cum subscriptione xz cardinalium.*)

### LXXXII.

*Assignmentem quam Hugo secundus abbas S. Augustini Cantuariensis fecit de sacristia et camera monasterii ecclesiae confirmat.*

(Anno 1144.)

[*Ibid.*, p. 1806.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, etc.

Quoties nobis illud petitur et *infra*, etc. Concessio nem itaque possessionum sive reddituum ad lumina ria continuanda, et ipsum monasterium reparandum et ornandum a te, fili abbas Hugo, cum fratrum consilio rationabiliter factam et scripto tuo confirmatam, praesentis scripti pagina confirmamus, et ratam manere censemus, videlicet duo molendina infra civitatem, x marcas de Ecclesia de Middelton, ita ut tres sint ad libros faciendos, et cætera septem reddantur altari, et omnes denarios qui oblati fuerint in festo Sanctorum Cosmæ et Damiani in vestra capella de Chistelet, et omnes denarios quos solebat habere de

concordia inter Andegavensem Ecclesiam et Fontis-Ebraudi monasterium composita. Hæc siquidem concordia facta est apud Fontem-Ebraudi per matnum nostram in præsenti domnae Petronillae abbatisse, et priorisse Fontis-Ebraudi, et Matildis sororis comitis [Britannie], in capitulo monialium ipsarum concordiam laudante et confirmante (forte laudantis et confirmantis). Interfuerunt huic concordia Bernerius abbas Nucariensis, et clerici nostri Thedlinus magister scholarum, Guillelmus capellanus, Bricius capellanus, Garnearius notarius; clerici Andegavenses, Gaufridus de Sancto-Saturnino archidiaconus, Jonas capellanus, et plures alii. Ut autem hæc concordia firma et inconcussa permaneat, scriptio huic commendare curavimus, et sub chirographi astipulatione firmari fecimus. Actum est hoc anno ab Incarnat. Dom. 1149, Eugenio papa in urbe præsidente, Ludovico rege Francorum in expeditione Ierosolymitana deonorante. Sigillum Engelbandi archiep. Turonensis., sigill. monasterii Fontis-Ebraudi. Ex Clypeo Joau. de la Mainferme t. II, p. 482.

capella Sanctæ Mildredæ in Thanet; et etiam me-  
tietatem candelarum et ceræ quæ oblatæ fuerint  
in memorato scilicet festo Cosmæ et Damiani,  
constitutionem ad vestitum monachorum a vobis  
communi consilio et assensu simili modo factam,  
nihilominus confirmamus. Si quis autem hujus  
nostræ confirmationis paginam sciens, contra eam  
temere venire tentaverit, secundo tertio commo-  
bitus, si non reatum suum congrua satisfactione  
correxit, honoris et officii sui dignitate careat, etc.

## LXXXIII.

*Ad regem Conradum. — De sua oppressione, et ipsum  
ad patrocinium Ecclesie Romane invitat.*

(Anno 1144.)

[MANSI, Concil., XXI, 609.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, charissimo  
filio CONRADO Romanorum regi illustri, salutem et  
apostolicam benedictionem.

*Omnia datum optimum (Jacob. i), etc. Populus enim  
Romanus nullas insanias suæ metas ponere volens,  
senatoribus, quos ante instituerat, patricium ad-  
diciunt, atque ad hanc dignitatem Jordanem Petri  
Leonis filium eligentes, omnes ei tanquam principi  
subjiciuntur. Et infra: Deinde pontificem suum  
adeunt, ac omnia regalia ejus, tam in Urbe quam  
extra posita, ad jus patricii sui reposcunt: cumque  
more antiquorum sacerdotum de decimis tantum et  
oblationibus sustentari oportere dicentes, de die in  
diem animam justi affligere non timuerunt.*

## LXXXIV.

*Willermo patriarchæ Hierosolymitano privilegia qua-  
dam concedit.*

(Anno 1144.)

[ROZIERE, Cartul. du Saint-Sépulcre, 6.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabi-  
li fratri GUILLELMO, Jerosolymitano patriarchæ,  
ejusque successoribus canonice substituendis in  
perpetuum.

Quanto apostolicæ sedi et beato Petro, apostolo-  
rum principi, ab universis Ecclesiis longe lateque  
diffusis reverentiam convenient exhiberi, dicente ad  
eum Domino: *Tu es Petrus et super hanc petram  
œdificabo Ecclesiam meam, tanto magis in earum  
curam sive tuitionem nos oportet esse sollicitos et  
exacta diligentia laborare; cumque cætera venera-  
bilia loca sanctorum honorare summopere debea-  
mus, non ab re erit si civitatem regis magni sancti-  
quæ sanctorum peculiarem locum ac reverentissi-  
mam Jerosolymitanam Ecclesiam specialius ven-  
reniur, eique dignitatem et jura sua conservemus.*  
Quam enim idein Rex regum et Dominus dominan-  
tium corporali præsentia dignatus est visitare, sua-  
que passione ac resurrectione, ascensione et sancti  
Spiritus missione voluit illustrare, debet ab uni-  
versis fidelibus propensius honorari, et in suis  
opportunitatibus efficaciter confoveri. Hujusmodi  
nominum intuitu, frater in Christo charissime Guil-  
lelme patriarcha, tuis justis postulationibus debita  
benignitate gratum impertientes assensum, civita-

A tes omnes atque provincias, quæ in præsentiarum  
tibi et Ecclesiæ Jerosolymitanæ patriarchali seu  
metropolitico jure subjectæ, quæcumque etiam tem-  
poribus utriusque Balduini et Fulonis, Jerosolymita-  
norum regum, Ecclesiæ Jerosolymitanæ grata  
divina restitutæ, et per authentica Romanorum  
pontificum privilegia confirmata sunt, vel si qua  
in futurum per industrias atque potentiam charis-  
simi filii nostri Balduini, illustris et gloriosi Jero-  
solymorum regis, ad honorem Dei et salutem  
Orientalis Ecclesiæ de sub jugo paganorum eidem  
Jerosolymitanæ Ecclesiæ, Domino auxiliante, resti-  
tuta vel alijs justis modis acquisita fuerint, tibi  
tuisque successoribus et [per] vos sanctæ Jerosolymita-  
tanæ Ecclesiæ per præsentis scripti paginas robo-  
ramus, et patriarchalem vel metropoliticam digni-  
tatem ac reverentiam in eisdem civitatibus atque  
provinciis vobis auctoritate sedis apostolicæ con-  
firmamus, salva reverentia et auctoritate sanctæ  
Romanae Ecclesiæ.

## LXXXV.

*Ad Salzburgensem archiepisc. et ad Gurgensem  
episcopum,*

(Anno 1144.)

[MANSI, Concil., XXI, 617.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, ve-  
nerabilibus fratribus CHONRADO Salzburgensi archiepi-  
scopo, ROMANO Gurgeni episcopo, saluteu et apos-  
tolicam benedictionem.

C Venientem ad apostolicam sedem dilectum filium  
nostrum Gerhoum Richerisbergensem præpositum  
paterna benignitate suscepimus, et pro religione et  
honestate sua personam ejus honorantes cum gratia  
sedis apostolicæ ad propria remisimus. Ipsum itaque  
vestræ fraternali attentius commendantes, per  
præsentia scripta rogamus, quatenus, sicut hacte-  
nus obtenu solius religionis et honestatis fecistis,  
pro beati Petri, et nostra reverentia ipsum de ca-  
tero honoretis, et diligatis, et in necessitatibus suis  
openi sibi et consilium tribuatis.

## LXXXVI.

*Ad episcopum Burgensem in Hispania. — Ut ecclesi-  
am de Caradiga fratribus Cluniacensibus refor-  
mandam committat.*

(Anno 1144.)

[Bullar. Cluniac., p. 55.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili  
fratri . . . Burgensi episcopo.

Meminisse debet tua fraternitas quod ecclesiam  
de Caradiga dictante justitia tibi restituius; facta  
vero restitutione discretionem tuam studiose mo-  
nuimus, quatenus eamdem Ecclesiam fratribus  
Cluniacensibus, ad reformatam ibidem religionem,  
pro reverentia Beati Petri et nostra committeres.  
Quoniam igitur per eosdem fratres multa loco et  
in religione reformata, et bonis temporalibus aug-  
mentata, cognovimus; sicut tibi viva voce innui-  
mus, ita per præsentia scripta mandamus, quatenus  
infra quadraginta dies, postquam præsentia scripta

suscepereis, eamdem ecclesiam monachis Cluniacensibus committas, et in prioratum concedas, salva lauen tua et Ecclesiæ tuæ justitia. Si vero abbas, qui eidem loco præfuisse dignoscitur, sub obedientia Cluniacensis abbatis manere voluerit, nos ei injunximus ut eum charitable pertractet; sin autem secundum prudentiam tibi a Deo collatam ut ei in alio loco provideas.

## LXXXVII.

*Otoni episcopo Pragensi mandat ut monasterium Raygradense adversus Wratislaw, ducem Brunensem et alios nobiles tueatur.*

(Anno 1144.)

[BOCZEK, Cod. diplom. Morav., I, 252.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri OTTONI Pragensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Conquerentes nobis transcripsero litteras dilecti filii... abbas et fratres ejusdem de Porevno, quod sibi per laicas personas videlicet Wratizlaum ducem et nonnullos nobiles terræ ejusdem rapiendo et detinendo bona monasterii Raygradensis, quod eorum esse dignoscitur, non modicae injuriae et damnationes inferantur. Quapropter fraternitatem tuam hortamur, etc.

## LXXXVIII.

*Willermo patriarchæ Hierosolymitano privilegia quædam concedit.*

(Anno 1145.)

[ROZIERE, Cartul. du Saint-Sépulcre, 32.]

Lucius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GUILLELMO, patriarchæ Hierosolymitano, salutem et apostolicam benedictionem.

Justum est ut, qui sua desiderat a successoribus mandata servari [præ]decessorum suorum statuta observare non negligat. Eapropter, venerabilis in Christo frater Guillelmus patriarcha, tuis justis postulationibus gratum imperlimur assensum, atque prædecessoris nostri felicis memorie, papæ Innocentii, vestigiis inherentes, concordiam, quæ inter Warmundum bonæ memorie, prædecessorem tuum, et Ebremarum, tunc Cæsariensem archiepiscopum, pacis intuitu facta est ac postmodum tam a te ipso quam a fratre nostro Gaudentio, Cæsareæ archiepiscopo, scriptis et testimoniosis confirmata, ratam et inconclusam perpetuis temporibus manere sancimus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona, hanc nostræ confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, quemque se divino iudicio existere de perpetrata iniuriate cognoscet, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena sit, atque in extremo examine districte ultione subjaceat.

Datum Romæ, n Nonas Januarii.

—

## LXXXIX.

*Ad Petrum Cluniac. — Super subjectione abbatis monasterii S. Benedicti super Padum iovi Cluniacensi abbati.*

(Anno 1145, Jan. 11.)

[Bullar. Cluniac., p. 54.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO Cluniacensi abbati, ejusque fratribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Priviligiis quæ a sede apostolica Cluniacensi monasterio indulta sunt, diligenter inspectis, manifeste cognovimus quod Beati Benedicti monasterium a prædecessore nostro bene memorie Gregorio papa septimo Hugoni Cluniacensi abbati, ejusque successoribus commissum est, ut in ejus gubernatione atque custodia et potestatem habeant, et studium procurationis impendant. Obeunte quoque ipsius loci abbate, eorum semper provideat diligentia, quatenus idonea, et huic officio digna in loco regiminis secundum Regulam Sancti Benedicti, persona subrogetur; et quidquid in monasterio ad augmentum et observationem monasticæ religionis institui vel emendari oportuerit eorum semper magisterio et dispensatione administretur, salva quidem in omnibus auctoritate sedis apostolice, cuius juris locus ille esse dignoscitur. Idipsum quoque ab ipsis successoribus, nostris prædecessoribus, et præcipue papa Calixto felicis memorie statutum est et confirmatum, qui in sua confirmatione addidit, ut in eodem Beati Benedicti monasterio, sine Cluniacensis abbatis consilio, provisione et præcepto abbas nullatenus eligatur, nullusque episcoporum sine commendatitiae litteris Cluniacensis abbatis eidem electio consecrationis vel ordinationis manum imponat; alioquin et consecrator tanquam constitutionis apostolice prævaricator graviori subjaceat ultiōni, et consecrati electio sive ordinatio, donec apostolice sedi et ejus Cluniacensi monasterio satisfiat, irrita habeatur. Nunc autem nostro tempore, dilecte in Domino fili Petre abbas, tam per te, quam per fratres tuos, nostris prædecessoribus et nobis etiam sepe conquestus es, quod te, in consulo contra supradictum tenorem sibi abbatem elegerint, et debitam tibi obedientiam ac reverentiam substrahant. Unde prædecessor noster felicis membrorū papa Innocentius per litteras suas eis mandavit ut Guilelmus abbas, qui vobis inconsultis electus et ordinatus fuerat, cum honestis et discretis personis de fratribus suis, monasterium et fratres Cluniacenses visitaret, et libri Petre abbas, obedientiam ac reverentiam, quemadmodum suus prædecessor bonæ memorie Henricus exhibuisse dignoscitur, cum humilitate et charitate exhiberet; quo nequaquam per eos adimpleto, et vobis in vestra querimonia persistentibus, per apostolica eis scripta mandavimus, ut præfatus Guilelmus abbas cum honestis et discretis personis et privilegiis sui monasterii in præteritis Beati Andreæ octavis nostro se conspectui presentaret, ut utrius-

que partis causa cognita, pacem inter vos, Domino auxiliante, componeremus. Fratribus autem vestris eodem termino nostro conspectui praesentatis, nec ipse venit, nec per fratres suos, qui nostro se conspectui praesentarent, pax inter vos potuit reformari. Quiā ergo tam manifestae Cluniacensis justitiae ulterius deesse non possumus, per apostolica eis scripta mandavimus, atque præcepimus quatenus ipse Guillermus abbas, ut supra diximus, cum honestis et discretis personis de fratribus suis, occasione dilationis remota, Cluniaceum monasterium visitet, atque tibi, Petre abbas, obedientiam ac reverentiam quam predecessores tui tuis predecessoribus exhibuisse noscuntur, humiliiter exhibeat. Quod si infirmitate gravatus ipse id adimplere non poterit, per meliores personas ipsius monasterii id ipsum adimpleat. De cætero vero, ne in eodem Sancti Benedicti monasterio, nisi juxta prædictum tenorem privilegiorum sedis apostolice, abbatis stat electio, apostolica auctoritate prohibemus. Quod si facta fuerit, irrita et vacua habeatur.

Datum Romæ, iii Idus Januarii.

#### XG.

*Privilegium pro ecclesia S. Blasii Frideseleni.*

(Anno 1145, Jan. 16.)

[Exstat in tabulario regio Hannoverano, teste JAFFÉ,  
Regesta Röm. pont., p. 613.]

#### XCI.

*Sancti Sabæ monasterium Cluniacensibus in perpetuum subiicitur.*

(Anno 1145, Jan. 19.)

[MANSI, Concil., XXI, 613.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio PETRO Cluniacensi abbatii, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Etsi Ecclesiæ omnium cura nobis ex apostolice sedis administratione imminet: illis tamen locis, quæ nostro regimini specialiter commissa sunt, atque infra Urbem sita, juris sanctæ Romanæ Ecclesiæ esse noscuntur, propensioni nos convenit affectionis studio imminere. Beati Sabæ monasterium, a temporibus beatissimi papæ Gregorii in religione et honestate fundatum, atque magnis et amplissimis possessionibus ditatum fuisse dignoscitur. Nunc autem peccatis exigentibus, et religio elapsa est, et pravorum hominum superabundante nequit, bona et possessiones distractas sunt, et ab ipso contra justitiam alienata. Eapropter, dilecte in Domino fili PETRE abbas, quoniam Cluniacense monasterium, per omnipotentis Dei gratiam, tandem longe lateque religione præcipua floruit, et bonæ opinionis odore multos aspersit: præfatum sancti Sabæ monasterium cum omnibus ad ipsum pertinentibus, ad reformatam ibidem religionem, ad meliorandum etiam et

(8) De his turbis Godefridus Viterbiensis, & Lucius II, inquit, intendens senatum extinguiere, cum ingenti militia Capitolium Romæ consernit, ut sedentes ibi tunc senatorès cum dedecore removaret. Scenatus autem populusque Romanus ad arma con-

A disponendum, tibi, tuisque successoribus in perpetuum committimus: ut in ipsius restitutione et gubernatione, studium et sollicitudinem impendatis, et potestatem habeatis. Decernimus etiam ut sine Cluniacensis abbatis provisione et consilio, ibidem abbas de cætero nullatenus eligatur. Sed vestra semper provideat diligentia; quatenus idonea, et hinc officio digna in loco regiminis, secundum regulam S. Benedicti, persona subrogetur, et quidquid in monasterio ad augmentum et observationem monasticae religionis institut, vel emendari oportuerit, vestro semper magisterio et dispensatione administretur. Salva quidem in omnibus auctoritate sedis apostolice, cuius juris locus ille esse dignoscitur. Si qua igitur ecclesiastica sacerdotalis persona hanc noscere constitutionis paginam sciens, etc.

B Ego Lucius Catholicae Ecclesiæ episcopus subscripti, cum decem et octo cardinalibus.

Datum Romæ per manum Baronis, sanctæ Romanae Ecclesiæ subdiaconi, xiv Kal. Februarii, indet. viii, Incarnat. Dominicæ anno 1144, pontificis vero domini Lucii II papæ anno 1.

#### XCI.

*Ad Petrum Cluniensem abbatem.— Missos ad Cluniacenses monachos in ecclesia Sancti Sabæ locatos significat.*

(Anno 1144, Jan. 200.)

[Dom BOUQUET, Recueil, XV, 410.]

C Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilecti filii PETRO abbatii et monachis Cluniacensibus salutem et apostolicam benedictionem.

Fratres vestros debita benignitate suscepimus; ensque apud Sanctum Sabam honeste locavimus. Maxima vero urbis perturbatione (8) præpediti, quam per dilectos filios nostros Joannem camerarium et alios fratres vestros plenius intelligere poteritis, abbatem ibi ordinare nequivimus; locum tamen ipsum cum omnibus pertinentiis suis per privilegium nostrum vobis concessimus et confirmavimus. Quam citius autem per Dei gratiam ab his expediti, magistro Mario qui hactenus eidem loco præsuerat, quem pro ipsorum novitate provisorem eis per aliquantulum temporis dimisimus, providere curabimus, et illum qui a fratribus vestris nobis designatus est, ibidem ad honorem Dei et sanctæ Romanae Ecclesiæ et Cluniacensis monasterii, Dominio auxiliante, in abbatem ordinare curabimus. Rogamus autem ut pro nobis et universo statu sanctæ Dei Ecclesiæ speciales orationes ad Dominum faciat et per religiosos congregationis vestri ordinis fieri studeatis.

Datum Romæ, xiii Kal. Februarii.

versus, papam cum suis omnibus a Capitolo in momento repellunt; ubi papa, sicut tunc audivimus, lapidibus magnis percussus, usque ad obitus sui diem, qui proxime secutus est, non sedit in sede;

## XCIII.

*Privilegium pro monasterio Baumburgensi.*

(Anno 1144, Jan. 23.)

[*Monumenta Boica*, II, p. 187.]

**L**UCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GODESCALCO Paumbercensi præposito, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Ad hoc nobis Ecclesiæ Catholice cura a summo pastore Deo commissa est, ut Dei servos paternis affectibus diligamus, et eo amplius studeamus ipsorum devotionem modis omnibus conseruare, quo serventius ipsis disciplinis ecclesiasticis, et sanctorum Patrum regulis inbærere noscuntur. Tunc enim Deo gratius apostolicus impenditur famulatus, si sanctorum locorum salubris institutio, rigor et ordo nostris patrocinii in religionis puritate suerint conservata. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et Beatae Margaretae ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadē ecclesia in præsentiarum justitiae canonicæ possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, Deo propitio, poteris adipisci, firma vobis vestrisque successori-bus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis

Cduximus exhibenda vocabulis : Scirnisca, Rota curtem et molendinum unum, Homdorf, Windeberg cum suis pertinentiis ; prædia quæ a Berengario comite, et aliis Dei fidelibus devotionis intuitu vobis concessa sunt. Liceat etiam præposito, qui pro tempore fuerit, advocationem quem eidem loco utilem et necessariam esse perspexerit, communis vel sanc-toris partis fratrum consilio, secundum Deum eligere ; et si inutilis apparuerit removere, sicut a prædecessoribus nostris bonæ recordationis Paschali, Honorio et Innocentio statutum esse dignoscitur, et scriptio suo firmatum. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrientiis vestrorum animalium nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci præposito vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consilio, vel pars consilii senioris, secundum beati Augustini Regulam præviderit eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præstatam ecclesiam temere perire, aut eius possessions auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicae auctoritate, et diocesaní episcopi canonica justitia. Ad indicium autem hujus a sede apostolica percepte

A protectionis unnm bisantium aureum, nobis nostrisque successoribus annuæfiter persolvatis. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam scens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove com-monita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate carreat, reamque se divino judicio existere de: perpetrata iniuitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Reemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examinæ districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eisdem loco justa servantibus sit pax Dei et Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Romæ per manum Baronis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconi, x Kal. Februaril, in-dictione viii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno primo.

## XCIV.

*Ad monachos S. Pancratii.— Irritas declarat chartas per quas filii Putribus suis successores sunt in ecclesiis.*

(Anno 1144-1145.)

[*Mansi, Concil.*, XXI, 615.]

**L**ucius episcopus, servus servorum Dei, priori et monachis Sancti Pancratii salutem et apostolicam benedictionem.

Cum simus ad regimen universalis Ecclesiæ, Domino disponente, vocati, sicut ea solvere debemus, quæ ipsius Ecclesiæ nutrunt honestatem ; sic ea tenemur evellere quæ canonicis obviant institutis, et materiam dissolutionis videntur afferre. Sane relationis vestræ tenore comperimus pravam apud vos, sub prædecessorum vestrorum negligentiæ, consuetudinem introductam, quod filii eorum, qui vestras ecclesias tenuerunt, ut ... patribus ab ipsis antecessoribus nostris confirmationem de obtinendis ecclesiis, consecuti, sub reprehensibili collusione volunt ipsas ecclesias jure successionis habere, et talium confirmationum obtentu aliqua pensione retenta, patres filios sibi constituere successores.

D Cum igitur ex hoc et canonicae disciplinæ vigor infringitur, et temporalia vobis damna proveniunt ; prædictas concessiones vel confirmationes, taliter ab eorumdem locorum priore, vel etiam ab apostolica sede veritate facili impetrata, irritas esse certemus ; præsentium vobis auctoritate liceulam concedentes, ut in ecclesiis vestris, non obstantibus concessionibus, aut confirmationibus illis, liceat vobis idoneas personas eligere, et electas episcopo præsentare, ut animarum cura recepta de spiritibus ei, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei, et

deatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se nove. A rit incursum.

Dat. Velle. K. J.

XCV.

*Ad \*\*\* cum adhuc presbyter cardinalis.*

[*MANSI Concil., XXI, 617.*]

De abusivis et abusationibus quæ loco tempore in Ecclesia Dei sunt, multa, reverende frater, in charta notasti, et plura notare potuisti: quia peccatis nostris exigentibus multo plura sunt in hoc periculoso tempore, quam in diebus patrum nostrorum. Quæ tanto liberius et crebrius sunt, quanto nulli, aut paucissimi sunt, qui ex adverso descendant, et murum pro domo Israel opponendo stent in prælio

in die Domini. Unde credimus Antichristum vel jam venisse, vel in proximo venturum esse, cuius faciem, sicut in Job legitur, præcedit egestas: egestas siquidem virtutum, et virtuosorum hominum, ut eo liberius voluntatem suam faciat, quo fere nullus est qui ei contradicat. Inter huc autem, bone frater, quid tibi agendum sit non ignorat tua religiositas a cunabulis sacræ litteris erudita. Ego attem, hoc mihi video faciendum, et utinam faciam! et hoc tibi consulgo tanquam charissimo fratri, ut abominationes quæ sunt Domini adjutorio viemus, et super his qui faciunt doleamus, quatenus vir ille vestibus lineis de quo in Ezechiele legitur, Tau super frontem nostram signet, et non occidamus.

## VARIORUM AD LUCIUM PAPAM

### 18 EPISTOLÆ.

#### I.

*Alphonsi regis Portugalie epistola ad Lucium II papam, qua regnum suum Romanæ Ecclesiae tributarium constituit.*

(BALUZ., *Miscell. edit. in-fol.*, tom. III, pag. 78.)

*Lucio secundo A. rex Portugalensis (9).*

Claves regni coelorum beato Petro a Domino nostro Jesu Christo concessas esse cognoscens, ipsum patronum et advocatum apud Deum omnipotentem habere disposui, ut et in vita præsentí opem illius et consilium in meis opportunitatibus sentiam, et ad præmia felicitatis æternæ ipsius suffragantibus meritis valeam pervenire. Quocirca ego Adefonsus Dei gratia Portugalensis rex per manum domini G. diaconi cardinalis, apostolicæ sedis legati, domino et Patri meo papa Innocentio hominum feci, et terram quoque meam beato Petro et sanctæ Romanae Ecclesiae offero sub anno censu quatuor tunciarum auri, ea videlicet conditione et tenore ut omnes qui terram meam post decessum meum te-huerint, eumdem censem annuatim beato Petro solvant, et ego, tanquam proprius miles beati Petri et Romani pontificis, tam in me ipso quam in terra mea vel in iis etiam quæ ad dignitatem et honorem meæ terræ ac etiam defensionem et solatium apostolicæ sedis habeam, et nullam potestatem aliquius ecclesiastici sæcularis dominii: nisi tantum apostolicæ sedis vel a latere ipsius missi, unquam in terra mea recipiam (10).

Facta oblationis et sortitulinis charta Idus Decembris, æra MCLXXX. Ego supradictus Adefonsus Portugalensis rex hanc chartam fieri jussi, et libenti

(9) Proclamatus rex an. 1139. MARIAN. I. x. e. 17.

(10) Vide Innoc. III, lib. 1, epist. 99, 441, 448;

B animo coram idoneis testibus propria manu confirmo (11).

Ego Joannes Bracarensis episcopus confirmo.

Ego B. Colim briensis episcopus confirmo.

Et ego Petrus Portugaleensis episcopus confirmo.

#### II.

*Ulgerii Andegavensis episcopi ad Lucium II papam: — Odonem S. Martini Turohensis decanum commendat.*

(DUCHESNE, *Hist. Franc. script.*, IV, 769.)

Lucio Dei electione summo pontifici, dilectissimo domino suo et omnium ULGERIUS, ejusdem permisso Andegavensis licet indigne dictus episcopus, et servus ejus, officiosam subjectiōnem, et devotam obedientiam.

Charissimos pedes sacrosanctæ majestatis vestra precibus et supplicatione postulare presumimus, quatenus venerabilem decanum Beati Martini dominum Odonem, virum egregium, cum ad vestram venerit præsentiam, pro vestrae benignitatibus misericordia dulciter et mansuete suscipiat, et ejus graves molestias in lætitiam convertatis, et cum plenitudine pacis et gratiæ vestræ, quod vestram serenitatem decet, eum ad nos et ad propria remittatis. Coram vobis, cui perniciosum est mentiri, testamur quod cum ad modo dictam ecclasiam venissemus, et capitulum, quod tunc frequentissimum residebat, suissemus ingressi, nullum in fratribus illis intelleximus, qui in superioris nominatum decanum clamaret, vel ei in aliquo derogaret. Sed potius ei plurimum ob istiusmodi increpationem vestram condolebant, et unanimis voce concordi

447; lib. XIV, epist. 59; lib. XV, epist. 24.

(11) Pontificis responsum vide supra sub num. 26.